ERVDITA ET OPPIDO' QVAM ELEGANS SVPER LITERIS ELEMENTORVM DISERTATIO,

Quæ Grammatilogia inſcribitur, in duos libros diuiſa, ad Michaelem & Stephanum Lambertos Fratres Lucenſes.

AVTORE NASCIMBAENO NASCIMBAENIO FERRARIENSI.



Bononiæ apud Anſelmum Giaccarellum.
. M. D. L. V.

NASCIMBAENVS NASCIMBAENIVS MI-CHAELI, ET STEPHANO FRATRIBVS IOAN-NIS BAPTISTAE LAM-BERTI F. S. P. D.

SAEPE NVmero eſflagitaſtis iuuenes ornatiſsimi, ut ſi quando mearum aliquid lucubrationum in apertum proferre uellem, id pro ueſtra erga me perpetua obſeruantia, proque noſtra maxima conſuetudine, parìque inter nos, mutuàque beneuolentia uobis perpetuo cõſecrarem. Quod etſi me facturum uobis nunquam fueram pollicitus, tamen me uobis, id eſt ſtudiis ueſtris non obſequi, quos iuſtis de cauſis unicè diligerem, a quibus amicitiæ plurimis

officiis egregiè ornatus eſſem, qui-
bus'que multis nec dubiisſignis me
chariſsimum eſſe ſentirem, præſer-
tim & honeſta petentibus, & præ-
clara cupientibus, uix is eſſe uide-
bar, qui & nomen ingrati effugere,
& inter uiros bonos, optimis'que
moribus inſtitutos haberi uellem.
Quid enim eſt honeſtius in amici-
tia, quam idem cum amico ſentire
& uelle, quod rectum honeſtumq;
omnibus eſſe cenſeatur? Itaq; cum
meos in Virgilium rhetoricos cō-
mentarios ſub Hieronymi Saulii
Archiepiſcopi integerrimi, homi-
nisq; præcipuè doctiſsimi ac ſapiē-
tiſsimi nomine edidiſſem, hancq;
meam de notulis literarum lucu-
brationem, opus ſanè uarium ac
multiplex typis excudendum, & in
uulgus proferrēdum decreuiſſem:
uos ambo mihi uiſi eſtis digni hoc

munere. Nec minus indignum ui-
ſum eſt, quod & ipſum in ueſtro
nomine appareret: nam & uos iam
inde a teneris, quod aiunt, ungui-
culis in bonarum literarum ſtudiis
plurimum elaboraſtis, atque in il-
lis hucuſque adeo profeciſtis, ut ſu
pra anōs ueſtros impuberibus pe-
ne genis ſapere uideamini: & opus
ea rerum ubertate, copiàque refer-
tum eſt, ut ueſtra ſtudia multum
adiuuare, uosq́ etiam eruditione
non mediocriter augere poſſe ui-
deatur. Ac mihi quidem ita iucun
da ob ueſtri memoriam huius ope
ris confectio fuit, ut non modo
omnes abſterſerit difficultates, la-
borisq́ moleſtias, ſed effecerit etiā
ſuauem & iucundum laborem. In
quo coficiendo tant um, adhibui-
mus & curæ, & induſtriæ, ut quic-
quid ex multis, & illis quidem opti

NASCIMBAENVS NASCIMBÆNIUS lectori S.P.D.

VT quid hæc noſtra diſertatio lector humaniſsime, tibi præſtare poſsit intelligas, admonere te in ipſo quaſi limine operæ pretiũ arbitramur. Duos in libros hoc ipſũ opus diuidimus: in quibus de literarũ poteſtate abũdè (opinor) diſſerimus. Sed in primo libro cõmuniter, & quaſi mixtim, in ſecũdo ſeparatim atq; ordine diſputamus. Primũ igitur de uariis uariarũ literarũ inuẽtoribus, & de hieroglyphicis AEgyptiorũ literis agimus, deinde de uario ſcribẽdi genere cũ apud ueteres, tũ etiã apud recentiores, ubi de literis furtiuis nõ parum multa dicimus, & an priſcis illis temporibus in uſu eſſent oſten

mis probatiſsimisq́ autoribus ſci-
tu,ac memoratu dignum ſumma
in temporis anguſtia a nobis exci-
pi potuit, illud totum in hanc no-
ſtram Grammatilogiã (ſic enim
opus inſcripſimus) ponendum cu
rauerimus. Hanc uobis igitur no-
ſtram induſtriam, & noſtros, qui-
cunque ſunt, labores iuuenes eru-
ditiſsimi dicamus. Velim extent
apud uos quaſi pignus, apud alios
monumentum amoris erga uos
mei minimum illud quidem neq;
cum ueſtra erga me beneuolentia,
ac pietate,neque cum plurimis ma
ximis'q; patris ueſtri humaniſsimi
atque liberaliſsimi hominis in me
officiis conferendum: tamen non
dubito quin hæc uobis meæ uolũ-
tatis parua ſignificatio uel gratiſsi-
ma ſit futura. Valete. Idib. Iul.
M D L V. Ferrariæ.

dimus.Deinde ad quid ueteres tã Græci quã Latini literis uterẽtur & de literis Epheſiis,deq̧ illarũ poteſtate,de numerariis Græcorũ,Latinorũq̧ notulis,nec nõ de uaria prænominũ Romanorũ per literas ſignificatione nõ inutili fortaſſe ſermone tractamus.Vbi uero ad ſecũdũ librũ peruenimus,omnes literarũ notulas ordine alphabetico percurrimus:& quid unaquæq̧ ualeat, quiq̧ earũ fuerit apud uarios populos uſus edocemus:multorũ deniq̧ populorũ mores,nec nõ præclariſſimorũ hominũ dicta,& facta memoratu digna ſcribẽdo cõplectimur. Quam obrẽ tuũ lector amice fuerit,hos noſtros labores,quicũq̧ ſũt boni cõſulere:nec quod nos ad cõmunẽ ſtudioſorũ utilitatẽ optimo quidem animo fecimus, te aut genuino mordere,aut nimium ſuperbè contemnere. Vale.

NASCIMBAENI

NASCIMBAENII FERRARIENSIS GRAMMATILOGIAE LIBER PRIMVS.

LITERAS, quæ ab aliis elemēta, à Græcis στοιχεῖα vocāt quis primus inuenerit, aut eas mortalibus impertiuerit, varii quidem varia ſentiunt: nā alii Mercurio Quinto, plurimi Ægyptiis, non pauci Cadmo, alii aliis hanc inuentionem tribuunt. Ego verò meliori fortaſſe coniectura ductus, nec infirma ſcriptorum autoritate ſuffultus, non à Mercurio, neque à Cadmo, imò longè antequam Cadmus vitalem hanc lucē ingreſſus eſſet literas repertas fuiſſe opinor. Et primum vt ità coniecter Ioſephus facit Iudaicæ antiquitatis autor grauiſsimus: qui in primo antiquitatum libro antè vniuerſalem terrarum inundationem inter homines vſum omnino literarum extitiſſe ſcriptum reliquit. Quarū deindè originem, & modum, cū prorſus deletus fuiſſe videretur, Moſes (ſi Euſebio credimus) primus omnium reſtituit, literasq́ Iudæis tradidit. Quamobrem liquidò claret

Iudæos omnium primos literarum vſum edo cuiſſe. Quod ſi quis vel natura litigioſus, vel in literis parum exercitatus id concedendum neget, videat quæſo ne & ratio ipſa, & probatiſsimorum ſcriptorum turba in ſe agminatim impetum faciant: nam id ipſa ratio perſuadet, Hebraicam linguam vetuſtate cæteris linguis præſtitiſſe. Huic ſententiæ Plinius ſuffragatur: qui in naturali hiſtoria Syros literarum inuentores facit: ſatis'q; compertum eſt Syros, vt teſtatur Euſebius, Iudæos fuiſſe. Attamen Syri, & Chaldæi (vt mihi quidam ſenſiſſe videntur) Abrahamo, Iudæi verò Moſi ſuas acceptas ferunt. A' Iudeis poſtea Phænices accepiſſe veritati propius accedit, quàm quod Græci fictis fabulis memoriæ prodiderunt, Muſas Phænicibus literas dediſſe. A' Phænicibus acceperunt Græci: quas (vt autor eſt Diodorus) ob id Phænicas appellarunt. Sed Xenophon cum Diodoro non ſentit: nam vbi de æquiuocis agit, Cadmum Quintum memorat paulò ante ruinas Troiæ à Phænicibus quidem in Græciam primum detuliſſe ſexdecim literas, ſed rudes, neq; Phænicas, verum magis Galatarum, Mæonum'que characteribus perſimiles. Si verò ſonum, vocem'que ſequi malumus, perſpicuum eſt Græcas literas ex intimis Hebraicarum medullis fuiſſe deſumptas: nam quod Iudæi Aleph, Græci Alpha vocant: quod illi Beth, iſti Βῆτα, quod illi Gymel, iſti

Gãma, illi Daleth, iſti Delta. Aliæ quoque na tiones quam plurimæ proprias ſibi literarum figuras vſurparunt: quas partim ex Hebræis, partim ex Græcis, & Latinis exceptas liquido perſpici poteſt: veluti quibus noſtra tempeſta te vtuntur Armenij, Indi, Vuandali, Perſæ, Sarmatę, Arabes, Dalmatę, aliiq́, quos in præ ſentia me recenſere piget. Iudæorum notulas duas & viginti fuiſſe quotidem noſtrę linguę ſunt, Euſebius, & Hieronymus literis tradide runt, & Syriorum, Chaldæorum'q́ lingua te ſtatur: quæ, vt ille ait, in prologo libri Regum Hebrææ magna ex parte finitima eſt: nam & ipſi, inquit, viginti duo elementa habent eo dem ſono, ſed diuerſis characteribus. Græco rum initio ſexdecim multorum opinione fue re. Ariſtoteles tamen xviij ennumerat. Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ζ. Η. Κ. Λ. Μ. Ν. Ο. Π. Χ. Σ. Τ. Υ. Υ. additas deinde ab Epicharmo memorat duas Θ. Χ. Seruius verò grammaticus in ſecundum Æneidos, & Plinius in vij. naturalis hiſtoriæ libro treis à Palamede literas tempore belli Troiani hac figura repertas fuiſſe confirmat Θ. Φ. Χ. Deinde à Simonide Melico quinque additas Euſtathius meminit, productas Η. & Ω. quarum altera ex duobus, ι, altera ex duobus, ο, conſtare videtur, & treis duplices. Ζ. Ξ. Φ. quarum omnium vis, vt ait Plinius, in noſtris recognoſcitur. Literarum vſus ſerò in Italia re ceptus eſt. eas ibi primũ (ſi Plinio credimus)

Pelaſgi docuere. Alij Nicoſtratam Euandri Arcadis genitricem maluũt, quæ & Carmenta dicta eſt, quorum opinioni Dionyſius quoque ſubſcripſiſſe videtur: qui Arcadas in Italiam primos literas intuliſſe tradiderit. Propterea Latinorũ quoque literæ antiquitus XVI. tantum numero fuerunt, quemadmodum Græcorum. Sed aucto poſtea apud illos vſque ad quatuor, & viginti literarum numero, noſtri quoque ab illis aliquas alias ſumpſere: quibus in noſtra lingua, præſertim'q; in Græcorũ dictionibus ſcribendis vterentur. Sexdecim, quibus primó vſi in Latio fuerunt homines, has Remius Grammaticus fuiſſe commemorat.
A.B.C.D.E.G.I.L.M.N. O. P.R.S. T.V.
Deindé .H. addita illis eſt: quam non literam, ſed aſpirationis notam eſſe voluere. Item F. ex duobus ΓΓ compoſitam, & Φ literæ vim habentem aſpiratione detracta. Et K. eiuſdem cum C. litera poteſtatis. & Q. quo carent Græci. & X. ac Z. quas á Græcis ſumptas eſſe manifeſtum eſt, alteram c s, alteram gemini s s. vim habentem. R quoque literam ab Appio claudio inuentam Pomponius iureconſultus. ff. de orig. iuris memoriæ prodidit, cũ antea S pro R vterentur, & pro Valerijs Valeſijs dicerent. Claudius imperator Auguſtus nouas etiam commentus eſt literas treis, ac numero veterũ, vt Tranquillus ait, quaſi maximé neceſſarias addidit: de quarum ratione cum priuatus ad-

huc volumen edidiſſet, mox princeps nullo negotio obtinuit, vt in vſu quoque promiſcuo eſſent. Porrò quæ fuerint hæc elementa ne verbum quidem facit. Sunt qui referāt ſimplicem tantum figuram addidiſſe, quam pro Φ græca litera ſcribi voluit: ſed neminem auſum fuiſſe veterem ſcripturam poſt eius imperium commutare. Armenijs plures eſſe literas quàm Græcis vel Hebræis, aut etiam Latinis ex eorum impreſsis libris facile eſt videre. Quin etiam Tartari, Perſæ, Turcæ, Pœni, Numidæ, Arabes, & ęuo noſtro Ægyptum incolentes, ac omnes ferè Maumetani, qui ijſdem communiter vtuntur literis plures noſtris ſua coacti lingua ſibi literas vſurparunt. Sed hac de re pluribus differere nec libet, nec noſtro conuenit inſtituto, nō.n. deſunt, qui hoc negotium eleganter & copioſé pertractent. Ægyptii illi rerum naturæ conſcij non literis (vt eſt apud Diodorum in quarto) aut ſyllabarum compoſitione res ſuas proferunt vel ſenſa animi ſui exprimunt, ſed varijs animantium figuris, atque inſtrumentis deſignant: quas illi ſacroſanctas, vel vt Macrobius, & Marcellinus tradunt, hieroglyphicas appellāt, vnde hierogrammates, ideſt ἱερογραμματεῖς dicebantur, qui apud eos de futuris vaticinia cōcipiebāt. Apuleius literas ignorabiles vocat; quibus ſaxa & obeliſcos inſculptos habebant, ſicuti in ijs; qui ex Ægypto Romam poſtea tranſuecti

uerunt,conſpicari licet. Etenim ſculpturæ illæ, & effigies,vt Plinius, & Cornelius Tacitus memorant,Ægyptiæ literæ ſunt: quarum ſingulæ ſingulis nominibus ſeruiebant: nonnunquam etiam integros ſenſus ſignificabāt. Vt verò res tota planius liqueſcat, ſubiicienda ſunt ex præclariſsimis autoribus exempla: qui eiuſmodi literarum interpretationem vel quantum ingenio aſſequi potuerunt, vel vti re vera à Magis,aut ab alijs acceperant,attulerunt. Scribunt enim verbi cauſa vulturem naturā rerum ſignificare, eò quod nullos mares inter eas aues reperiri putant. Apem, regem: quia ducem ac moderatorem populorum decet cum iuſtitiæ aculeo clementiæ mel habere commiſtum. Oculus apud eos iuſtitiæ ſeruator,imo ipſa iuſtitia,& totius corporis cuſtos interpretatur, ſanè Iuſtitia oculatiſsima eſſe fingitur,oculo vegetiſſimo,acie perſpicaci, & cuncta proſpiciente: quam Chryſippus effingi ſolitam prodidit aſpectu formidabili,luminibusq; oculorum acribus. Vnde Plato in libro de legibus nono Iuſtitiam (opinor) omniū ſpeculatricem,atq; vindicem appellauit, & ita ab antiquis ſacerdotibus dici literis tradidit. Hinc etiam legimus quoſdam cum Iuſtitiam teſtari vellēt,oculum Iuſtitiæ teſtatos fuiſſe. Sed vt inſtitutum peragamus, Accipiter negotiū cito factum ſignificat, quoniam hæc aliarum fermè omnium auis ſit velociſſima. Transfer-

tur hæc notatio ad res domeſticas, quæ velociter fiant. Crocodilus malum, anguilla inuidiam ſignat: quę ita bonis infeſta eſt omnibus vt anguilla piſcibus: quorum omnium ſocietatem, & communionem fugit. Impium, iniuſtum ingratumq; hominem columbus deſignat: in cauſa eſt, quod hæc auis cum primum ſe ſe corroborauit, matrem roſtro inceſſere, atque impetere ſolita eſt. Idem hippopotami vngulæ deorſum verſæ denotant: nam & ille fluuialis equus ſimulatque robuſtior factus eſt, patrem experitur viribus, quem ſi pugna ſuperarit, matrem init vita patri cōceſſa. Quod ſi victus pater, minus ei permittat cum matre concubitum, tum patrem filius corporis viribus fretus interimit, ac matrem comprimit. Sed illud quoque ex hac diſciplina depromptum eſſe videtur, quod in regū ſceptris ſupernè ciconiam, infernè hippopotamum figurabant, id quippe, opinor ſignificantes, violentiā iuſtitiæ parere. Tardum præterea hominem cum ſignificare volebant, formicam ala veſpertilionis contectam figurabant: quòd credant formicam inde nunquam exire, quo veſpertilio ſemel acceſſerit. Sed & illud Auguſti Cæſaris σπεῦδε βραδέως, id eſt tarde feſtina, quàm ſcite? quod delphinum pernicisſimum alioqui natantium anchora innexum fingebant. Annum picto dracone caudam ſibi mordente indicabant, quia in ſe ver-

titur. Horam fluuiali equo, quem Hippopotamum appellari diximus (ſi Horo credimus) effigiabant. Contumelioſos homines perdicum effigie demonſtrabant: nā eiuſmodi aues ſenio confectæ inuicem cōtumelijs ſe afficiūt. Orbis totius molem hac fermé græcæ literæ figura ⊖ ſignificabant: nam inter circulum aereum, & igneum ſerpentis effigiem cum capite accipitris circunducebant, nam per circuli reuolutionem mundi magnitudinem ac formam, vt ait Euſebius, intelligebant: per anguē veró qui medium interſecabat, bonum Dæmonem, cuius merito ac beneficio omnia alātur, vigeant, atque contineantur. Dextra manus digitis paſſis liberalitatem, vel (vt alij) libertatem deſignat: ſiniſtra veró compreſſis tenacitatem, atque auaritiam. Eodem modo & cæterarum corporis partium figuræ, atque inſtrumenta aliquid certum notabant. Quæ cum ita ſint, non tamen id literarum ignoratione, ſed ita ſuadente eorum fortaſſe religione ab Ægyptijs factum fuiſſe putandum eſt, vt qui rerum ſacrarum myſteria non omnibus nota eſſe voluerint. Nam in Græcorum monumentis inuenio Ægyptios literas quidē proprias habere quas diſcant omnes; ſed quas appellant ſacras ſoli norunt ſacerdotes á parentibus priuatim acceptas. Quinetiam literas in Ægypto á Memnone quodam repertas fuiſſe nonnulli, Plinio referente, cōfirmāt,

quindecim

quindecim annis ante Phoroneum primum antiquiſſimum Græciæ regem. Id ipſum ſcribit Plato in Phædro, ſed de nomine cum alijs non ſentit. Nam á Dæmone quodam Ægyptiorum, quem Theutem illi vocant, & literas, & Geometriam nec non Aſtrologiam repertam fuiſſe memorat. Epigenes antiquiſſimus nec lubricæ fidei, nec dubiæ autoritatis auctor ſyderum obſeruationes ſeptingentorum viginti annorum ápud Babilonios coctilibus laterculis iſcriptas fuiſſe affirmauit. Quin etiam ferunt Ægyptios, cum rem planè ſaluberrimam humano generi ſilentium notum facere vellent, id notulis græcis feciſſe: nam (vt Horus Ægiptius autor eſt) ijs tribus literis κ.σ.ι. triennium indicabant: cuius anni ex trecentis ſexaginta quinque diebus conſtarent; quo tempore minimè loquntur infantes. Quod ſi Ægyptii literas repererunt, eas'que in vſu promiſcuo habuerunt, tot varias animantium formas defectu ac penuria literarum ab illis excogitatas, atque in vſum poſitas dementis eſt putare. Illud ſanè veritati propius accedere videtur, quod Herodotus ſcriptor alioqui grauiſſimus, & conſenſu, omniū Græcorum doctiſſimus literis mandauit, & nos paulo ante diximus, Ægyptios bifarijs literis vti: quarum vnas ſacras vocant, populares alteras. Vndè liquidò perſpici poteſt tot formas ac figuras eò fictas, vt religionis myſte

ria longè obſcuriora rebus popularibus eſſet. Hanc plerique omnes noſtræ tēpeſtatis Principes variam ſcribendi rationem diligenter obſeruant: qui cum de rebus occultis, ſummo'que in diſcrimine poſitis quoſdam certiores facere volunt, id literis per notas ſcriptis faciunt: quæ eo artificio ſcribuntur, vt ab alio præterquam ab eo ad quem ſcribuntur, legi non poſſint: ita enim elementorum ordinem confundunt, vt ſæpe A pro B, & C pro Q, & P pro D, alia'que pro aliȷs ponant: plerūque etiam varias rerum formas ſolem, lunam, ſtellam, lignum, alia'que id genus multa adhibēt: quorum ſingula ſingulis aut rerum, aut hominum nominibus ſeruiunt. Has'que adulterinas, interim furtiuas literas vocant. Suetonius Tranquillus non infimæ celebritatis hiſtoricus, & florentis facundiæ autor ſcriptum reliquit Iulium Cæſarem, ſi qua occultius ſibi proferenda eſſent, per notas ſcripſiſſe, id eſt ſic ſtructo literarum ordine, vt nullum ex illis verbum confici poſſet: quæ ſi quis inueſtigare, ac perſequi vellet, quartam elementorum literam id eſt D pro A, & perinde reliquas cō mutabat. Vtrum verò antè Iulium Cæſarem priſcis illis Romanis, aut etiam exteris nationibus hæc ſcribendi ratio cognita fuerit, eſt mihi omnino incertum. Euſebius Tyronem Ciceronis libertū huiuſmodi ſcribendi modū excogitaſſe primum commemorat, antiqui-

tus verò literæ quidem adulteratæ fiebant, vt ait Plinius: quæ nō sēper legi poterāt, ſed an ijs varijs rerum figuris, inuerſa'que literarum ſtructura, vt hoc tempore facimus, legi(quod meminerim)nunquam. Sanè ex quadam materia literas ita formabant veteres in membranis, vt minimè viderentur, quæ deindè ſucco herbæ lactariæ, quam, vt ait Plinius, lactucam caprinam vocant, illinitæ, à legentibus facilè intelligi poterant. Aulus Gellius autor (quamquam affectatæ loquentiæ) non vulgaris, indecimo ſeptimo noctium atticarum libro memorat Lacedæmonios veteres cùm diſſimulare, & occultare literas publicè ad imperatores ſuos miſſas volebant, ne ſi interciperentur, ſua conſilia palam fierent, quodam literarum genere ſecreto atque recondito uſos fuiſſe; quod ipſe ijs verbis non inſulſè deſcribit. Surculi duo erant teretes oblongi pari craſſamento eiuſdem'que lōgitudinis derasi, atque ornati conſimiliter, vnus imperatori in bellum proficiſcenti dabatur: alterum domi magiſtratus cum iure atque cum ſigno habebant. Quando vſus venerat literarū ſecretiorum, circum eum ſurculum lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantum rei ſatis erat complicabant volumine rotundo, & ſimplici: ita vti oræ adiunctæ vndique, & cohærentes lori, quod plicabatur coirēt. Literas de

inde, in eo loro per tranſuerſas iuncturarum oras, verſibus à ſummo ad imum proficiſcentibus inſcribebant. Id lorum literis ita perſcriptis reuolutum ex ſurculo imperatori cōmenti illius conſcio mittebant. Reſolutio autem lori literas truncas, atque mutilas reddebat: membráque earum, & apices in parteis diuerſiſſimas ſpargebat. propterea ſi id lorum in manus inciderat, nihil quicquam coniectari ex eo loro quibat. Sed vbi ille, ad quem erat miſſum, acceperat ſurculo compari, quē habebat, capto, ad finem perinde vt debere fieri ſciebat, circumplicabat: atque ita literæ per ambitum eundem ſurculi coaleſcētes rurſum coibant, integrámque & incorruptam epiſtolam, & facilem legi præſtabant. Hoc genus epiſtolæ Lacedæmonij σκυτάλην appellāt. Hæc Gellius. Apud eundem quoq; legimus aliud fuiſſe literarū genus abſconditum: quod ex vetere quadam rerum Punicarum hiſtoria ſe deprompſiſſe planum facit. Verū quoniā non quod ipſe legerat, ſed quod ſe legiſſe ſomniauerat literis prodidit, error tam manifeſtus ad communem ſtudioſorum vtilitatem corrigendus eſſe videtur. Nō enim id ex Punica, vt ille ait, ſed ex Perſica, vel Grę ca potius hiſtoria ſumptum, Herodotus in Polymnia inditium facit: neque huius rei Aſdrubal ſiue quis alius vir Punicus, vt ille opinatur, autor fuit, ſed Demaratus. Igitur cū Xerſes rex per

ſarum aduerſus Greciam expeditionem ſumere ſtatuiſſet, hac re cognita Demaratus, qui Suſis erat Grecos eſſe admonendos cenſuit, ſed cum id aliter facere nequiret, epiſtolã hoc modo occultauit. Sumptis duarum tabellarũ pugillaribus ceram illinc eradit, deinde in ligno conſilium regis incidit, poſtea tabulas, vti ſolitum eſt, cera collinit, eaſque tabulas tanquam non ſcriptas Lacedæmona mittit. Sed cum Lacedæmonij nullam legẽdarum literarum rationem inire poſſent, Gorgo Leonidæ vxor eos admonuit, ceram de tabulis eradendam, quo facto literas incolumes legerunt, eaſque deinde ad Græcos dimiſerunt. Hæc ſicuti expoſui geſta res eſt. Extat & alia apud Herodotũ in Terpſichore arcana quędã & inopinabilis literarũ occultatio barbarico aſtu excogitata, quo Hiſtiæus Aſiaticus vir nõ ignobilis vſus eſt: qui cũ in Perſis apud Dariũ eſſet & Ariſtagorę cuidam furtiuo ſcripto perſuadere vellet vt à rege deficeret, ſeruo ex fideliſſimis ſuis vni capillum tanquam medendi gratia omnem deraſit, capitiq́ue literarum formas impreſſit: quibus quę voluerat perſcripſit. Deinde ſeruũ tantiſper domi retinuit, dum ei capillus adoleſceret. Vbi id factum eſt, eum celerrime Miletum ad Ariſtagoram cum ijs mandatis ire iubet. Cum eo, inquit, veneris mandaſſe me dicito vt caput tuum radat, ſeruus iuſſa capeſſit, atq; Ariſtagoras, vt erat

ingenio perſpicax, id non eſſe fruſtra ratus, mandatum diligenter curat. Ita literę perlatę ſunt. Eiuſmodi abditos ſcribendi vſus illis fuiſſe veteribus omnino legimus, an vero per notulas vnquam ſcripſerint, non audeo affirmare. Sed quando de literarum inuẽtione, numero, ac forma: quibus varię nationes vtuntur ſatis (vt opinor) diximus, huius negotij ratio, atque operis inſtitutio poſtulat primum, vt de illarum, inprimis que Gręcarum & Latinarũ poteſtate cõmuniter verba faciamus. Deinde vt Latinas ſeparatim, vel Gręcas, ſi quando locus inciderit explicemus & quid vnaquęque valeat, & ad quę illis potiſſimum vſi fuerint veteres, edoceamus. Ac mihi quidem videtur iure apud omnes ętates, nationesque magna fuiſſe literarum excellentia, vt quibus rerum omnium, quę ad poſteritatẽ peruenerunt, cognitionem debeamus. Nam qui fieri potuiſſet vt maiorum noſtrorum egregia facinora, & dicta memoratu digna ad hanc vſque ętatis noſtrę memoriam perueniſſent, niſi aliquis magnus videlicet vir, & ſapiens ac planè naturę conſultus literas tanq̃ ex tenebris in lucem reuocaſſet? Quę niſi extitiſſent, idem profectò tumulus, qui corpora eorum contexerat, nomen etiam & virtutes obruiſſet: quę quanto altiora ſunt, & longiori repetita memoria, eò etiam ſolent ad vitę inſtitutionem vtiliora cenſeri. Quandoquidem

In recordatione prɇteritorum magna pars prudentiɇ poſita eſt. Ætatem hominis nihil eſſe aliud Cicero opinatur, niſi, vt eius verbis vtar, cum memoria rerum veterum cum ſuperiorum ɇtate contexitur. Itaque illud ab omnibus iure merito cõprobari poteſt quod in Oratore ꝭs ipſe verbis ſcriptũ reliquit, neſcire quid antequam natus ſis acciderit, id eſt ſemper eſſe puerum. Propterea Plato ille Atheniensium numen, atque adeo philoſophorũ omnium decus, Athenienſes ſemper pueros dixit, Ægyptios vero ſapientes: apud quos multarum ɇtatum hiſtoriɇ legebantur. Nam quod Philoſophiɇ, quod Rhetoricɇ, quod fundamenti Grammatices aliarum'que diſciplinarum cognitionem habemus, literis certè ipſis debemus. Quod abſentium amicorũ quaſi prɇſentia perfruamur, & ea quɇ noſtra, aut illorum interſunt commonefacimus, hoc ſanè totum eſt literarum beneficium. Proinde maximo comodo Indos caruiſſe exiſtimandũ eſt: quos literarum vſum prorſus ignoraſſe, & memoriɇ prɇſidio cũcta diſtribuiſſe pleriſque proditum eſt. Sed hɇc cum literarum, tum etiam orationis, quɇ ex illis cõſtat, communia eſſe videtur: ideo ad propria, atq; peculiaria beneficia trãſeamus: illinc'q; auſpicemur vnde nos exordiri maximè rctum, atque honeſtum eſſe arbitramur. Dei opt. Max. nuncupatio (ſi qua modò eſſe poteſt nota mortali-

bus)apud omnes nationes quatuor literis clauditur. Vnde inter Dei cognomina, quę plurima ſunt, illud pręcipuum, & myſticũ apud nos τετραγράμματον Ieſu adſcripſere: ĩ quo omnis poteſtas, vis'que diuina declarat: cui ſe omnia ſubijciũt diuina, humana, atque infera. Ægyptij enim θωύθ, & θὲυθ, & per contractionem interdum trium literarum θὼθ, Perſę συρὶ, Magi ορσὶ, Tirrheni, ſeu Hetruſci ισὰρ, & ſi quidam cũ diphtongo ſcribunt; Arabes ἄλλὰ, Aſſyrij αδλὰδ. Turcę αγδὶ. populi nouiter reptivt ego ab Hiſpano quodã Gręcè, Latinè'que docto, qui eorũ mores, vſum'que loquẽdi probe nouerat, nuper accepi) Ζαμὶ, Hebręi יהוה Iehouat quod nomẽ magno alioqui negotio pronunciandum illi quatuor ſuis literis ſcribunt, Gręci θεὸν, Latini Deum, Chriſtiani ita ab Angelo edocti Ieſu nuncupant. Adde etiam (vt que de deo literis ſignifican ur omnia plane declaremus) quod ex ordine Gręcarum literarum cum rerum omnium abſolutum principium atque exitum deo in eſſe plnum facere voluerunt, eum ΑΛΦΑ, καὶ ΩΜΕΓΑ dixere. Neque illud ſilentio inuoluendũ videtur, quod Plutarchus, & Euſebius literis prodiderunt, ſuper propylęo templi Delphici εἰ diphtongum adſcriptam fuiſſe: quę vox ſecunda eſt ſubſtantiui verbi εἰμί, vt planum fieret ſolum ipſum deum eſſe, cum cętera potius quotidie eſſe deſinant, quàm re vera ſint.

Hebræi pſalmos,& ſua myſteria per literas diuiſerunt, vti ex Dauidicis aliquot pſalmis videre eſt. Hieremias quoque, vti ex eius ſcriptis liquet, & diuus Hieronymus teſtatur in prologo ciuitatis ſuæ ruinas, excidiaq; quadruplici luxit alphabeto. Quod ſcripti genus Hieronymus idem menſuræ metri verſibus'que ſe reddidiſſe confirmat. Romana eccleſia, atque hanc ſecuti recentiores Aſtrologi varios ſolis dies, quos Dominicos appellamus certo quodā literarum numero metiūtur. Sunt enim totlitere, quot hebdomadarum dies, nempè ſeptem A.B.C.D.E.F.G. quibus ſingulis ob varios multiplices'que lunæ curſus, ſingulos ſingulorum annorum dies Dominicos ea tēporis menſura aſſignarunt, vt expleto ſeptenio eadem literarum ſeries deintegro ineatur, atque ita in infinitum repetatur. Quarto tamē quoque anno propter diem, qui, vt ait Macrobius in Saturnalibus, ante vltimos quinque menſis Februarij dies more veterum intercalatur, duas ex illis ſeptem literas, quæcunque pro annorum reuolutione contigerint, interponunt. Quarum altera à calendis Ianuarij ad diem intercalarem, altera ab eodem die vſque ad anni exitum Dominicis diebus ſuum officium præſtat. Elementa muſices, quam τέχνην vocant, quáque vulgò vtimur, quid aliud ſunt, quam literæ, & ſyllabæ? per quas ad muſices cognitionem aditus longè facilior patet

videtur, quàm ex Græcorum inuentis antea vnquam: nam etſi illi quoque varias cantiones modulatis vocibus egregiè concinebant, iam'que vocum illarum diuerſam rationem Nete, Paranete, Hypate, & Parhypate, vnde fit modus mira ſuauitate compoſitus, ingenioſè quidem, & prudenter excogitarant, non tamẽ ſuas cantilenas ſub variis notulis forma & colore diſtinctis vt nos deſcriptas habuerunt: quibus & vox melius formari, pulchrius'que ad cantilenam accommodari, & muſicem ipſam facilius percipi poſſe videtur. Quamobrẽ magna eſt inuentori, quiſquis ille fuerit, habẽda gratia, cuius induſtria factum eſt, vt hac diſciplina cõmodius, elegãtius'que quàm olim veteres, frui poſſimus. Sed hac de re aliàs pluribus. Iam ad integrum redeamus. Philoſophi atque in primis Ariſtoteles Peripateticorum omnium ſine controuerſia doctiſſimus complura ſuæ profeſsionis Platonicis, vt aiunt, numeris obſcuriora adhibitis literarum exemplis, ne ſemel quidem, clariſſima fecit. Proinde Plato ille diuinus in Cratylo exiſtimaſſe videtur literas à magno quodam Dialectico repertas fuiſſe: qui de proprietate rerum tùm vocabula, tùm vocabulorum compages traxerit. Idipſum & Mathematici & Geometræ plerumque faciunt. Sed quando omnia, quæ ex literis proueniunt commoda pro virili deſcribenda, atque explicanda ſumpſimus, ne il-

lud quidem pretereundum cenſuimus, quod multis gentibus omnium pęnè maximum, maximeque neceſſarium eſſe videtur: quandoquidem in eo tota ferè negotiorum ratio poſita eſt: nec quicquā quod ad Mœchanicas artes (omitto in pręſentia liberales) popularia que negotia pertineat, fieri, tractari ue poteſt. Atq; illud eſt, quod in Arithmetica facultate verſatur: quę quidem ars numerorum explicat rationem: nam Gręci, & Hebręi nec non Chaldei, alię q; nationes multis partibus plures ſuos numeros literarum notulis complectuntur, neque ſatis ſcio an alīj pręter nos numerorum characteres à literis ſeparatos habeant. Gręci pro vnitatis principio prima vtuntur abecedarīj (ſic enim appello) litea, pro ſecundario ſecunda: atque ita ordinatim ad numerum vſque decumanū: pręter quod in ſexta ſede ubi. z, ex ordine literarum ponē da eſſet, ς, in ſeptima z, reponere maluerunt. κ vero vicenarius eſt numerus, tricenarius λ. quadragenarius μ. quinquagenarius. ν. ſexagenarius. ξ. ſeptuagenarius. ο. octagenarius. π. nonagenarius. ς, vel (vt alīj volunt) ϙ. cētenarius. ρ. Ab vndecenario numero ad vicenariū vſq; iota pręponūt hoc modo ια. A 21. vſq; ad tric enariū. κ. A 31 ad quadragenariū λ. A 41 ad quinquagenarium. μ. A 51, ad ſexagenarium ν. A 61 ad ſeptuagenarium. ξ. A 71 ad octogenarium. ο. A 81 ad nonagenarium. π. A 91 ad cente

narium .א.à ducenteſimo ad mileſimum vſque numerum literę ſingulę ſingulos recipiũt accẽtus graues, vel ſi mauis acutos, σ' ducenteſimus eſt numerus. atque ita ordine ſequentium literarum vſque ad octingenteſimum numerum; vbi tota literarum ſeries perficitur. Β' numerum duorum millium cõtinet. Γ' triũ millium. Δ' quatuor millium Ε' quinque millium. Ab hoc ad decem vſque millia numerus literarum variat. Nam ς' ſex milia ſignificat. Ζ' ſeptem millia. Η' 8000. Θ' nouẽ millia. Μ' decẽ millia. Hic adſcribi poterat ἀπόδειξις, quam omnium numerorum ſeriem, rationem'que lautiori apparatu contineret, ſed quoniam varijs in impreſſis libris legi poteſt, ea nobis ſuper ſedendum eſſe cenſuimus. Hebrei, alij ꝗ non parum multi eodem vtuntur ordine. Quin etiam Latini ſuos numeros (vt eſt apud Priſcianum) literis figurabant. Cum'que ab vno ad millies mille numeri notentur, apud Latinos non plus (vt ille ait) tredecim figuris notabãt. Porro ij numeri duos in ordines dũtaxat ſunt primores, quos principales vocãt. ſunt & medij. Illi ſeptem, ij ſex notulas habent. Igitur vnum per I ſignabant, quod, vt nonnulli volunt, minimo ſpatio eſſet virgula; ſicut vnitas nullo. Quinque per V deſcribebant, non propterea quod ea nota eſſet dimidium ipſius X quo denarium numerum deſignarent; neque idcirco quia olim ſcripſe-

rant Q V & poſtea Q ſuſtuliſſent, ſed quoniam eſſet quinta vocalis. Decem per X. vel quia in numero atque ordine literarũ vulgari ſtatim ipſum V ſequebatur, vel quia (vt Priſciano adlubeſcit) decima eſt conſonans apud Gręcos. Quinquaginta per L, quam nõ tam non à nomine ſed à Gręcorum inſtituto excogitarunt: nam cum illi per N pingerent quinquaginta, priſci Latini, qui huius elementi loco ponerent identidem L in hunc quoque vſum eam ſubſtituere. Vnde apud Poetam ita legi meminit Priſcianus.

Dant manibus famuli Nymphas.

Prętereà centenarium numerum cum per C ſtatuiſſent, ſequenti elemento ſcilicet D quingenarium depoſuere. Ratio autem centenarij à prima litera ipſius nominis accepta fuiſſe videtur, ſicut & millenarij per M. vel, vt ait Priſcianus, more Attico per X. Gręcum, ſed circunſcriptis lateribus I X I vt à denario numero differat: quam tamen opinionem non probant multi: immo etiam totam iſtam Priſciani ſententiam de notulis numeralibus reprobat Alciatus, vt quę nec veriſimilis ſit, nec probabili ratione nitatur: credendum que ait haſce numerarias notas ab agricolarum teſſeris, non à Gręcis vſu acceptas fuiſſe: quandoquidem hęc vetuſtiſſima, etiam ante repertas literas, rerum demoſtrandarum ratio fuerit. Nam agricolę, inquit, vnica crena ſurculo

impreſſa vnitatem notauerunt, deinde ne tot vnitatibus oculi inſpicientium fallerentur, duas lineas hac forma V, ab inferiore parte coniunxerunt, vt quinque ſignificarent; rurſus'que totidem tranſuerſas X, quibus denarius numerus repręſentaretur. Subdit etiam eos agricolas vnam deinde tranſuerſam cum dimidia incidiſſe hoc modo λ, quę quinquaginta ſignificaret, hanc'que notam diu longę literę, quam L, vocamus fuiſſe, citat'que teſtes marmora antiquiſſima vnde etiam Plautum, cùm in Aulularia longę literę mentionem fecerit, de hac ſenſiſſe velit. Sed an rectè, nos infra pleniore manu. Cùm verò ad centenariũ numerũ perueniſſent, eum ait numerum denaria nota inciſa, connexa'que illi priore ex parte vnitate veteres effinxiſſe hoc modo I X vnde tertium quoque, quod in alphabeto eſt, elementum, ſic C X. eos effigiaſſe. Quingenarium numerum hac figura Δ formaſſe: Millenarium eadem ratione qua centenarium niſi quod ambas tranſuerſas lineolas vtrinq; vnitatibus claudebant hac ſpecie, IXI; quam deinde, inquit, recentiores expoliuere, & quibuſdam amotis, vt ita dicam, fibulis M fecere. Hæc pluribus Alciatus: quę etſi ob id probabilia eſſe videãtur, quod & noſtri temporis agricolæ, & alij literarum, numerorum'que rudes eiuſmodi teſſeris vtuntur: tamen niſi aliud magis probabile in medium afferat, po-

tior eſt apud me hac in re Priſciani autoritas viri cùm doctiſsimi, tùm uetuſtatis ſcientiſsimi: qui ſuę grauitatis, aut fidei eſſe non putaret ea literis mandare, quę vel apud idoneos autores non legiſſet, vel aliorum quoque iudicio probari non poſſe iudicaret. Sed extat probatiſſimorum ſcriptorum marmorum'que vetuſtiſsimorum autoritas, qua Alciati friuola opinio facile reffelli Priſciani firma, plauſibilis'que ſententia cõfirmari poſſit. Atque vt ordine prępoſtero vtamur, de C primum, & ſeparatim dicendum eſt, quia veteres centenarium numerum deſignaſſe confirmat Priſcianus, negat Alciatus. Plutarchus in quęſtionibus cauſam inueſtigat, cùr ſenatores Romani in calceis ſuis C notam geſtarent, atque inter multas alias, hanc quoque ab eruditis magis receptam affert, videlicet, vt per eam numerus centum ſenatorum ſignificaretur: quos Romulus initio delegit vt Reip. conſulerent. Ergo hac litera C, numerum centenarium ſignificat, eum'que veteres ita ſignabant, non hac figura IX, vt Alciatus ariolatur. Sed cùm de hac, tùm de aliis numerarĳs literis, quarum omnium Priſcianus meminit plena, perfectáq; cognitio ex antiquis marmoribus haberi poteſt: in quibus antiqua ſcribendi ratio ſeſe fidelius quàm in libris oſtentat: qua de communiter & mixtim afferenda ſunt exempla. Extat adhuc Romę pyramis integra ferè ex

marmore: quę vt ex literis conijci poteſt ſepulchrum C. Ceſtij ſeptemuiri epulonũ fuit. hę autẽ ſũt pyramidis literę. C. CESTIVS L. F. E. POB. EPVLO. RR. TR. PL. VII. VIR EPVLONVM. Inferius verò minores literę ſũt ita inciſę. OPVS ABSOLVTVM EX TESTAMENTO DIEBVS CCCXXX ARBITRATV PONT. P. F. CLAMELAE HEREDIS ET PONT. L. In quodam obeliſci latere, qui ab Auguſto in campo Martio, ſi Plinio credimus, collocatus fuit, hęc hodie leguntur. CAESAR DIVI. I. F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS IMP. XII. COS. XI. TRIB. POT. XVI. AEGYPTO IN POTESTATEM POP. RO. REDACT. SOLI DONVM DEDIT. In ęde Diuę Cęcilię trans Tyberim Pierio referente legitur. T. FIELLENIVS IANVARIVS SE VIBO FECIT SIBI QVI BIXIT ANNIS LXXXXXVIII. Poſſem, ſi uellem, ſexcenta referre antiquiſsima monumenta, in quibus eiuſmodi literę numerarię leguntur. Quę cum ità ſint, dicendum uidetur eas non ex agricolarum teſſeris, ſed ex uſu & more ciuium Romanorum, uetuſtiſſimo fuiſſe adceptas, atque literas eſſe non ſigna; eam'que ſignificationem habuiſſe, quam Priſcianus edocuit, igitur non errauit ille, ſed fœde lapſus eſt

ſus eſt

ſus eſt Alciatus: quem ſatis conſtat cum Benedicto Iouio peccare maluiſſe, quàm ea in re quantum debuerat curæ collocare. De litera vero D, qua pro quingentis vtimur, Priſciano non aſſentior: crediderim q; magis hanc apud veteres formam habuiſſe IↃ, deinde negligentia ſimul, & ignorantia deſcribentium D, factam fuiſſe. Millenarium numerum ſic alios quoque celeritatis cauſa depinxiſſe reperio CIↃ: cui notæ quotquot apoſtrophos vtrinque adſcripſeris, tot decenaria addes. Itaque hac forma CCIↃↃ decem millia: hac CCCIↃↃↃ, centum millia: hac CCCCIↃↃↃↃ, decies centena millia ſignificantur. Qua quidē ſcribendi ratione omnes ferè veteres, atque inprimis Cicero in Verrinis, & in epiſtolis ad Atticum vſi fuerunt. Igitur & Latini, quemadmodum Græci, atque alij multi numeros literarijs notulis deſignabant. Deinde vero recentiores nouas quaſdam numerorum figuras excogitarunt ab literis abecedarijs ita ſeiunctas, vt ſæpe tamen ſine ijs præſertim duabus i, & o, numerum formare non poſſint. Atque de numeris ſatis, opinor, diximus: ad reliqua pergamus. Ingenui olim apud Romanos nomen, cognomen, & agnomen in literis, aut inſignibus ſuis tribus literis notare ſolebāt. Vt pro Quinto Valerio Maximo, Q. V. M. Hinc illud prouerbium, trium literarum homo: quod per εἰρωνείαν in eum dici poteſt, qui ge-

neroſus,& ingennuus videri cupiat. Plautus tamen in Aulularia per iocum alio detorſit, nempe in ſeruum furacem: ſubijcit enim etiã fur trifurcifer. Eadem quoque ſcribendi prænominis ratio fuit; quod interdum ſingulis literis continebatur, vt L. Lucius: Q. Quinctus: C. Caius; interdum binis, vt Gn. Gneus: Nõnũquam ternis, vt Sex. Sextus. Atque horum prænominum quædam, vt Victorinus ait, ratio fuit; nam ab euentis orta eſſe videntur, aut natalium, aut alterius fortunæ. A fortitudine Titus: nam Tituli (vt Sex. Pompeius autor eſt) dicti ſunt quaſi tutuli, quod fortiter patriam tuerentur: vnde Titi (inquit) prę nomen ortum eſt. Alij ab honore, & dignitate Titum eſſe dictum malunt. Ab antiquitate, Caius, γαῖος à terra. ſ. quaſi αὐτόχθονες eſſent: vel (vt ego magis exiſtimo) quia eſſet hærus, ac familiæ caput: nã Plutarchus in probl. ex more priſcorum veterum Romæ obſeruatum fuiſſe refert, vt nouæ nuptæ cum primũ ianuam coniugis ingrederentur, ex multis ceremonijs, & ſermonibus vltro citroque habitis tandem ſponſa diceret: vbi tu Caius, ego Caia: ideſt vbi tu herus ego hera. Idipſum & Quintilianus in primo confirmare videtur. Ab generoſitate, Cneus: a generis defraudatione Spurius: à numero liberorum, Quintus, Decimus: à decore, Decius: à cultu populi, Publius: à tempore natalium, Lucius, Neuius,

& item alia. Græci prænomine carent: ſed poſito nomine vnico, apponunt patris nomen, Ἀλέξανδρος ὁ φιλίππου. Romani etiam plebiſcita, & ſenatuſconſulta literis, & notis, vnde notarij dicti ſunt, excipi voluerunt: quibus (vt Valerius Probus autor eſt) ex veterum frequentiore vſu ſingulares haſce adſcriberet literas. Q.D.E.R.F.P.D.E.R.V.I.C. Id quod etiam ex epiſtola quadam Cælij ad Ciceronē ſatis intelligi poteſt: quæ quidem literæ cum id temporis notiſsimæ eſſent, nunc deſuetudine adeo factæ ſunt obſcuræ, vt eas multi aut bellè diſſimulent, aut (ſi Dis placet) etiā ſuperfluas æſtiment. Interpretantur autem notæ illæ ad hanc fermè rationē. Q. quod. D. de. E. ea. R. re. F. fieri. P. placeret. D. de. E. ea. R. re. V. vniuerſi. I. ita. C. cenſuerunt. Vt facilè in eā ſententiam pedibus veniam, & Cælium Ruffum has omnes adpoſuiſſe. Sed ſequenti ſæculo à ſcriptoribus, quod bis repetitum videbatur, abraſum amputatumque fuiſſe. A Cicerone relatum eſt in ſecundo libro de Oratore, quod cum Scaurus accuſaret Rutilium ambitus cum ipſe conſul eſſet factus, ille repulſam tuliſſet, in eius tabulis oſtēdit literas. A.F.P.R. idque dicebat eſſe, actum fide P. Rutilij. Rutilius verò cum ſecus eas exponeret, & ita in Scaurum retorqueret, Ante factum, poſt relatum: C. Caninius eques Ro. cum Ruffo adeſſet, exclamauit, neutrum illis literis declarari

ſed hæc habere: Æmilius fecit, Plectitur Rutilius. Sed alia quoque verba, ſententias'que integras ſingulis literarum formis ab antiquis fuiſſe expreſſas nemo vel mediocriter eruditus ambigit. Quandoquidem ijs rebus refertiſſimi ſunt omnes antiquorum libri. Edixerat Iuſtinianus de vetere iure enucleando, ne quis leges per captiones ſignorum, & compendioſa ænigmata ſcriberet, etiam ſi numerus librorum, aut quid aliud ſignificaretur, ſed ſola literarum conſequentia. Quod ideo edictum arbitrantur eruditi legum interpretes, quia habebant antiqui certas notas: quibus potiſſimum in legibus vtebantur: vnde potuiſſet in earum interpretatione varia oriri altercatio. Vulgatus eſt Probi Valerij commentarius non incurioſe factus de occulta literarum ſignificatione. Scribit Dion libro L V. inueniſſe primum Mecœnatem quaſdam literarum notas: quibus celerrime ſcribi poſſet: eas'que per Accilium libertum euulgaſſe. Verum & illud non reticuiſſe, candidi (opinor) fuerit animi: vnde ſciri poteſt quanta fuerit apud veteres literarum excelſitas. In græcorum monumentis lectum eſt, Syracuſis, quæ ciuitas eſt Siciliæ, vetuſtum inoleuiſſe morem, vt produituri in concionem literarum notulis deſignarentur: quæ quidem literæ ſorte ducebantur: ac vbi quis literam ſuam foret adeptus, alloquendi populum poteſtas ei fiebat Homerus poeta

rum omnium (Virgilium ſemper excipio) facilè princeps ſuas rhapſodias ex numero literarum in quatuor & viginti volumina diſtinxit. Adde etiam quod ad iram compeſcendam plurimum faciunt literæ, Auguſtus Cæſar ab Athenodoro præceptore monitus fertur: vt cum iracundia æſtuaret, nihil prius diceret, faceret'ue, quàm totam græcarum literarum ſeriem ſecum ipſe percurreret. nam dixit ὅταν ὀργισθῇς Καῖσαρ μηδὲν εἴπῃς, μηδὲ ποιήσῃς πρότερον, ἢ τὰ εἴκοσι, καὶ τέσσαρα γράμματα διελθεῖν πρὸς αὐτόν. id eſt, Cùm te ira exceperit Cæſar, nihil prius aut dixeris, aut feceris quàm quatuor & vinginti literas tecum ipſe percurreris. Vir enim prudens non ignorabat breuem iræ furorem facilè ſedari poſſe, modò paululum têporis homo intra fines rationis ſe ipſe contineret. Sed vt de tota hac literarum ratione, quæ ſparſim apud autores inueniuntur breuiter, & ſumatim omnia colligam, placet etiam ſerijs iucunda immiſcere; & de magica ſuperſtitione nunquam ſatis irridenda non nihil aſpergere. Pythagoras ille magicæ vanitatis aſſertor (primus enim ſi Plinio credimus in noſtro orbe hanc diſciplinam exercuit) impoſitiuorum nominum impari vocalium numero, vt ille ait lib. 28. cap. 4. claudirates, oculorum'que orbitatem, ac ſimiles caſus dextris præſagiebat partibus, pari leuis. Idem fortitudinem aut imbecillitatem pugnantium à lite

rarum calculo arguebat, quam rem ſcitè admodum ac peruenuſtè Terentianus ĳs verſibus eſt proſecutus.

Hinc & numeri non ſimiles habere ſummas,
Et nomina tradunt ità literis peracta:
Hæc vt numeris pluribus, illa ſunt minutis.
Quādoque ſubibunt dubiæ pericla pugnę:
Maior numerus quà ſteterit, fauere palmam:
Præſagia leti minima patere ſumma,
Sic Patroclom Hectorea manu periſſe,
Sic Hectora tradunt cecidiſſe mox Achilli.

Ad hæc quam diuturna inter quoſdam amicitia futura ſit, aut quàm felici omine, firmóque fœdere nuptię celebrari debeant, ille idem Pythagoras, & qui eum ſecuti ſunt, ex eadem literarum ratione ſperabant ſe poſſe ſignificare, quorum inania dogmata perſpicuum eſt Martianum ſecutum fuiſſe in libris, quos de Mercurĳ, & Philologiæ nuptĳs Africè magis quàm Latinè compoſuit. Cæterum quid de literis Epheſiis dicendum eſt? quibus tantopere tribuerunt antiqui, vt eos beatos, felicesque putarent, quibus illæ contigiſſent, veluti quicquid optarent, aſſequuti fuiſſent. Ferunt enim Epheſiis notulas quaſdam, & voces magicas fuiſſe, quibus qui vteretur in omni negotio victores euaderent. Euſtathius in Odyſſeæ xxi, tradit, ĳs literis vſum Crœſum in rogo. Fuiſſe autem verba quædam obſcura ænigmatibus ſimilima, neutiquam cohærentia

deſcripta in pedibus,zona,& corona Dianę. Harum Suidas poteſtatem extollit exemplo cuiuſdam Epheſii,qui in talo Epheſias habens literas, in Olympijs triginta dicitur fatigaſſe paleſtra. Mox cum id compertum fuiſſet,ſublatis literis Ephæſio cuidam, quocum ipſe cõgreſſus fuerat,ſuccubuiſſe. Heſychius indicat fuiſſe priſcas quaſdam voces pro ſacris habitas: quibus impoſtores deinde multas addiderunt. Priſcas putat has fuiſſe. ἄσκι, quod eſt tenebras. κατάσκι, lumẽ. αἴξ, ipſe. δαμναμενεὺς, ſol. αἴσιον, verum. Meminit & harum Anaxillas apud Athenæũ lib. xij. Dipnoſoph. Commemoratis enim philoſophi cuiuſdam delitijs ait, καὶ πρὸς τούτοις ἐν σκυταρίοις ῥαπτοῖσι φορῶν Ἐφέσια γράμματα καλά. id eſt, ad hæc in conſutilibus pelliculis geſtans Epheſias literas pulchras. Hanc artem magicam ſequutus ille omnium impuriſſimus Romanorum imperator (& ſi eam priſci vt vanam, & ridiculam ſemper deſpiciendam putarunt) ſua cuiuſque diei conuiuia digerebat. Nec minus irridenda eſſe videtur M. Seruilij Nouiani principis Romanæ ciuitatis leuitas, atque dementia, qui, vt Plinius autor eſt, in metu lippitudinis priuſquam eam ipſam nominaret, alius'ue ei prædiceret duabus literis Græcis R & A chartam inſcriptam circunligatam lino ſubnectebat collo. Nec minori leuitatis errore notandus eſt Alexander ille Pſeudomantes; qui ex calculo

literarum, quo ſæpè, vt futura iam ante perſpiceret, vtebatur, de ſe oracula prædixiſſe cōfirmabat. Verum tamen illiuſce ætatis hominibus id vitio minus verti debet quàm nobis, imò danda venia eſt ſi quando hac in re deliquerunt. Nam cum ea tempeſtate omnia ferè, & ea in primis, quæ ad religionem pertinent, mendacijs, impoſturis, erroribus, ſuperſtitionibus'que tractarentur, nullum'que mortalibus fulgeret veritatis lumen, quid mirum ſi offendebant? Si à maioribus ita ſuis edocti ridicula, & ſuperſtitioſa ſectabantur? At noſtræ id eſt Chriſtianæ religionis homines quo patrono ſuam tueri cauſam poſſunt? Eſt illis profectò omnis ereptus defenſionis clypeus, qui ſub vera nati, atque educti fide, & Dei Opt. Max. & Chriſti doctrina penè imbuti, vnde quid petendum, quid fugiendum ſit probè ſcire poſſunt, tamen in ſortilegia vana, & in futiles Magorum, Aſtrologorum'que inſanias adeò incumbunt, vt inſanire videantur, adeò illas extollunt, vt Euāgelio Chriſti ſæpè præponant. Sunt enim Ferrariæ, alibi'que cōplures notæ ſtultitiæ, ridiculæ'que vanitatis homines, qui ex punctis quibuſdam, & literarum notulis, nec non ex ſignis manuum natiuis, vel ex oculis, vultu, fronte, velut ille Zóphyrus phyſiognomō, cuius meminit Cicero in libro de fato, quæ homini futura ſunt, longè ante tanquam ex ſpecula ſe proſpicere pro

ficentur. Accedit huc quod multæ ſortilegæ, ac veneficę mulieres exiſtunt: quæ an iræ ſint inter amantes, aut ſi mutua, vel diuturna futura ſit illorum beneuolentia quibuſdam precationibus, herbis, varioque fabarum iactu ſe diuinare credunt: alijsque perſuadent: ad quas veluti ad oraculum Apollineum complures non ſine pretio accedere vidi eiuſmodi fallacioſas ambages perquiſituros. Sunt & quidã homines literarum imperiti, mathematicæ tamen diſciplinæ profeſſores: qui ex ſyderum curſu, ac reuolutione, quam ignorant, futura præſagiunt: quos ærulcatores Gellius vocat, cibum, quæſtumque ex mendatijs captantes, qui cum videant ſtultorum animis inſitum eſſe omnia diuinarum atque humanarum rerũ & parua, & maxima tanquam ſtellis atque ſyderibus euincta duci, & regi: deliramenta quædam componunt, quæ prognoſtica ipſi appellant: eàque ſub ſuo nomine titulis ambitioſiſſimis exornata in vulgus proferunt, in quibus quid toto anno vere, æſtate, autumno, hyeme caſurum, quid ve de Cæſare, de Rege, déque alijs orbis terrarum principibus futurum ſit, meras nugas effutiunt, & ſomnia commminiſcuntur. Quid augures, ac ſomniorum interpretes? qui ſimplex hominum genus eludũt, atque in infinitos penè erroris, ſuperſtitionisq; laqueos impellunt? Quibus nullam prorſus fidem adhibẽdam eſſe vel Accius monet.

Nihil,ĩquit,credo auguribus: qui aures verbis Alienas,ſuas vi auro locuplet ẽt domos .(ditāt Phauorinus apud Gelliũ detterrere volens,& depellere adoleſcentes ab iſtis,& ab quibuſdã alijs id genus, qui prodigioſis artibus futura omnia dicturos pollicentur,nullo pacto adeũ dos eſſe,conſulendos que huiuſmodi argumẽtis concludebat: aut aduerſa (inquit) euentura dicunt,aut proſpera:ſi proſpera & fallũt, miſer fies fruſtra expectando , ſin aduerſa , & mentiuntur,miſer fies fruſtra timendo. Si vera reſpondent,eaque ſunt non proſpera , iam inde ex animo miſer fies,antequam é fato fies. Si felicia promittunt,ea que euentura ſunt ; tũ plane duo erunt incommoda : & expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit , & futurum gaudij fructum ſpes tibi iam deflorauerit . Nullo igitur pacto vtendum eſt iſtiuſmodi hominibus res futuras præſagientibus. Hæc Phauorinus. Sed quid dicam de illis:qui nomen Dei ſanctum τετραγραμματον,diuinaque verba pollutis immiſcent rebus, & diabolicis precationibus,manium que euocationibus profanãt? Prætereo multos qui hoſtias ſacras, & oleum, quod chriſma vocant,cætera que id genus eccleſiaſtica miſteria ex adytis ſurripientes , ex illis veneficia , faſcinationes , incantationes, alias que malas artes , malaque medicamenta cõficiunt. De ſtrigibus,quas Latini lamias vocant ſilebo : quando nec mihi , nec vllis ali-

cuius iudicij hominibus ſatis adhuc conſtat; an id verum ſit, quod de illis vulgus memorat. Ferunt enim annus eſſe quaſdam edetulas ac facie deformes: quæ certis in hebdomada noctibus cacodæmoni ita ſe dedunt, vt Dei, & Chriſti Opt. Max. nominis obliuiſcantur, nec eius auxilium vnquam implorent. Quibus, inuocato prius dæmone, cum vel oleum vel adipem neſcio quem ſuper podicem ſuum illiuerint preſtò eſſe aiunt tot bruta varij generis animantia, quot ipſæ fuerint ſtriges, in quæ inſilientes, ilico ſublimes ferri in aera, huc illuc vagari & eo denique, quo ipſæ ire uoluerint, vt infantes faſcinent, vel luxent, vel ſi Dis placet, etiam quaſi lactentes illorum ſanguinem ſugant prouehi. Hæc etſi nonnulli approbant mihi tamen neque vera, neque veriſimilia eſſe videntur: crediderim'que magis hanc opinionem ex veterum deliramentis emanaſſe: qui in Lybia feras eſſe literis tradiderunt, muliebri facie, etiam eleganti, vberibus quoque cũ pectore ſpecioſiſſimis, adeò, vt nullo pictoris vel ingenio vel penicillo effingi queant: reliqua corporis parte ſquamoſa, ac ferro penè magis dura, alis carere, & voce, ſed ſibilum inſtar draconis elidere: in amorem, venerem'ꝗ procliues eſſe, humanam carnem vehementer expetere, & veneris cupiditate multos ad ſe allicere: quos poſt paulò deglutiant; has'que Lamias, & Mormolycias vocari. Quin etiam aiũt

infantes de cunis extrahere ac eorum ſanguinem exſugentes necare. Propterea Horatium in arte poetica ita ceciniſſe.

Neu pranſæ Lamiæ viuũ puerũ extrahat aluo. De Lamiis Plato in politicis, & Chiſoſtomus & Diõ meminerũt. Sed hactenus. vereor herclè ne plura etiã dixerim ĩ homines ĩſãtiſſimos, aut vehementius fortè cõcẽderim, quàm modeſtis hominibus audire vel vacet, vel libeat. Proindè ſatius (opinor) facturus ſum; ſi verbum vltra non addam. Et quoniam ſatis huius voluminis magnitudo creuit, commodius eſſe videtur, vt in alterum librum reliqua differamus, ſi tamen pauca quedam te monuerimus vſum literarum antiquis (iam tandem ad integrum redeundum eſt) adeò varium, multiplicem'què fuiſſe, vt eas quoque in ſeruis (quos propterea literatos appellabant) & in equis inurerent. Id agnoſcere uidetur Ariſtophanes ἐν ταῖς νεφέλαις: nam Coppatiam inde equum nominat: cui inuſtum eſſet κ, ſicuti Sãphoras, ſiue Sapphoras in quibus σ, etenim; & ι, inuſta vocabant σαι. Sed audi poſtremò vt ridiculo orationis genere librum claudamus. Puer quidam barbarus cum Athenas ſe contuliſſet, magnus (opinor) ſibi videbatur, quod Græcas literas treis didiciſſet α, β, γ. cum'que in patriam rediiſſet, magno popularium fauore exceptus contra prætorem quendam Græce concionantem poſitus eſt: qui poſtea quam

ille perorauit, vt erat in clamando bene robuſtus exclamare cæpit, αβγ, quo clamore perterritus prætor ſiluit. Barbari verò ciuem ſuum vi-ciſſe rati, illum magno plauſu domum reduxerunt. Sed ad reliqua pergamus.

Finis primi libri.

NASCIMBAENI

NASCIMBAENII FERRARIENSIS GRAMMATILOGIAE LIBER SECVNDVS.

PROEMIVM.

IAM ſatis, opinor, ſuperiore libro de literis cõmuniter diximus; earum'que poteſtatem quantum fieri potuit, declarauimus, nunc de illis ſeparatim agendum; & quid vna quæq; valeat, breuiter aperiendum eſt. Verum quoniam varium, multiplex'que eſt literarum genus, vt etiam varia ſunt linguarum genera, de illis duntaxat libet diſſerere, quæ cæteris exquiſitiori quadam proprietate excellere videntur. Itaque cum ego elementa illa eò cæteris præſtantiora exiſtimem, quod ad ſimplicitatem propius accedunt, factum eſt vt Latinas literas omnibus anteferendas iudicarim: neque tamen Hebræis ſanctitatem: neque Græcis noſtrarum quaſi ſeminarium, neque vtriſque antiquitatem adimo. Qua in re libet etiam Græcis patrocinari: quibus profectò tantum

debemus, quantum ſoluendo non ſumus: noſtræ ſi quidem ab illis excerptæ, ac penè deartuatæ quid mirum ſi tenuitate ac ſimplicitate præſtiterunt? De Hebræis, quæ barbarum, ac ferum neſcio quid ſonant, vt quæ è medio gutturis receſſu magno negotio proferuntur, neque à nobis dicendum, neque adhuc planè inter eruditiores conſtat an illæ ſint, quibus Moſes, & veteres illi diuinarū rerū conſcij vterentur. Nā id Hieronymus negat in prologo in libros Regū: aſſerit que Ezrā ſcribam, legis que doctorem poſt captāHieroſolymā & inſtauratum templum ſub Zorobabel alias literas reperiſſe: quibus nunc vtimur, cum ad illud vſque tempus ijdem Samaritanorum, & Hebræorum characteres fuerint. Ego quoque memoria teneo, me accepiſſe à quodam fidei ſpectatiſsimę viro, Florentię in bibliotecha, ni fallor, Medicęa fuiſſe Moſis Pentateuchum admirandę vetuſtatis volumen, Hebraicis characteribus conſcriptum, ab ijs, qui in vſu ſunt, adeò diuerſis, vt Hebręi, & illi quidem antiquitatum peritiſſimi, eorum notitiam difficulter aſſequerentur. De Gręcis verò aliàs, ſi quādo plus otij nacti fuerimus, niſi quando contigerit vt de illis quoque vnà cum Latinis vel propter vocis, vel rei ſimilitudinem aliquid dicendum ſit. Nunc de Latinis ſingulatim, & breuiter quidem quantum res tanta dici poterit, diſſeremus, atque ita exordiemur.

A,

A, quam græci ἄλφα, Hebręi aleph dicunt, prima eſt literarum: vnde Iudęi, Gręci pariter, & Latini, nec nõ Indi, atque Ægyptij cęterę que omnes fere nationes, quę literis vtuntur, abecedarium (ita enim literarum ordinem appellamus) inchoarunt. Vnde Martialis Epigrammatum libro ſecundo quempiam vocat alpha, pręcipuum. ſ. & quaſi primatem.

Quem non lacernis Publius meus vincit,
Non ipſe Codrus alpha penulatorum.

Idem alias iocatur in quendam offenſum, quod eum dixiſſet ἄλφα: monetque vt huius iniurię talionem faciat, ſeque viciſſim, Beta, ſi velit, appellet. Traſlatum á literis abecedarijs: quibus Gręci, vt ſupra diximus, numerum indicant. Hinc eſt (opinor) quod Deus Opt. Max. cum ſe rerum omnium perfectum, abſolutum que principium eſſe inditium facere vellet, alpha, & omega ſe ipſum appellat, ἐγώ εἰμι inquit, ἄλφα, καὶ ὠμέγα. Ego ſũ alpha & o. Ego ſum rerũ omnium ſumma. Omnia proficiſcũtur á me velut á fonte, & ad eundem omnia referuntur, tanquam ad felicitatis portum. Quamobrem vero A, ſeu alpha (de ijs enim communiter dici poteſt, quando apud omnes fere nationes cęteris pręponatur literis) inter literas primum obtineat locum, plurimi nec inſcitè, nec inſulſe cauſas reddiderunt.

Protogenes

Protogenes grammaticus apud Plutarchum τῶν συμποσιακῶν προβλημάτων decade nona hāc rationem attulit. Quod inter literas, vocales plurimum eminent; inter vocales, ancipites: quas gręci δίχρονας vocant, inter δίχρονας ea quę diphtongo nunquam poſt poſita inuenitur, hęc ἄλφα eſt. Eademmet ratio nobiſcum quoque facit; nam & noſtrę vocales iure prę-feruntur conſonantibus, quod citra illarum adminiculum ſonant. & inter vocales A prima, ac precipua eſt. Sed Ammonius diuerſam mox adducit cauſam. Cadmum (quem ferunt literarum Grecarum inuentorem) ob id alpha principem inter literas locum tribuiſſe, quod Phęnicum lingua bos alpha vocetur: cui primas partes tribuendas putarit, non ſecundas, aut tertias, quemadmodum facit Heſiodus: qui cum hominem docere vellet, quibus ei pręſidijs ad famem, ac paupertatem fugiendam opus eſſet.

Οικον μὲν πρώτισα γυναῖκα τι βοῦντ' ἀροτῆρα.

Primùm ędes, deindè vxorem, indę bouem agricolantem. Sed altera, quam aſſignat Plutarchus, ratio magis eſt naturalis, veritati propior, atque huic noſtrę diſertationi aptior: nā cōgruit magis elemento Latino, quam Gręco. Ait enim ſe à Lampridia ſuo didiciſſe auo primam vocem naturalem, & articulatam reddi per alpha: propterea quod ſpiritus, qui eſt in ore, potiſſimum formatur, ac fingitur motu la

biorũ: quibus diductis primum hic egreditur ſonus mire ſimplex, & nullius indigens negotij, vt neque linguę requirat auxilium, ſed ea ſubiacente per ſpatium efferatur, vnde & pueri naſcentes primum hanc ędunt vocem. Vtrũ verò de Alpha Gręco, an de A Latino hoc magis dicendum ſit, omnium eſſe iuditiũ poteſt: nam primum A vox eſt magis naturalis, magis ſimplex quàm Alpha, vt quę facilius ore exerto, labijs'que diductis profertur: Alpha vero etiam compreſſis. Deindè pueri vagientes, ſimulatque parti ſunt, non Alpha, ſed A, primam vocem efferunt, vel potius Va: vnde Vaticanus Deus nominatus, penes quẽ (vt Gellius ex M. Varrone in libris diuinarũ retulit) humanæ vocis initia eſſent: quoniam pueri naſcentes eam primam vocem edunt: quæ prima in Vaticano Syllaba eſt. Hæc, atq; eiuſmodi quædam eo quem oſtendi loco referuntur. Diſputatur & apud Platonem de Alpha inter literas principatu, Sed hac de re alias pluribus, cum noſtri ſit inſtituti potius de literarum poteſtate; & ad quæ maiores noſtri literarum notulis vterentur diſſerere, quam cur illa prior, hęc poſterior poſita fuerit inſinuare. A, litera ſalutaris Latinis appellatur. ſic eam vocat Cicero in oratione, quam inſcripſit pro Milone, & alibi ſæpe, ob id quoniam ab ſolutionis nota erat: nam in iuditijs, vt ait Aſconius, Prætor, qui & quæſitor dicebatur, &

quæſtionis iudex:hic quæſtionem habebat, hoc eſt de crimine inquirendum,de eoque iuditium exercendum curabat,& nomina iudicum ſortiebatur:quibus & ternas tabellas dabat inſculptas literas habentes, A videlicet abſolutionis,C,condemnationis,N,& L,ampliationis:ijs enim literis ſignificabatur non liquere, hic pro tribunali ſedebat,iudices autem in ſubſellijs,vt cauſas audirent reorum: quorum ſi quis erat abſoluendus, perorata cauſa iudices quamprimum literam ſalutarem, id eſt abſolutionis tabellam porrigebant, (erant enim iudicum ſententiæ in maioribus cauſis non vocales,ſed tabellariæ ,in leuioribus verò cauſis ſinguli,vt ait Aſconius,iudices ſententiam de tabula pronuntiabant) ſi condemnandus, triſtem,id eſt condemnationis notam,cúm verò argumenta,& probationes non ſatis erant idoneæ ad iudicandum cauſam,aut cum nondum planè vel de crimine, vel de pœnæ modo liquebat,vel ſi cauſa ambigua, & obſcura eſſet, ampliationis tabulam dabant N & L: per quam ſignificabant iudítium eſſe differendum.Nec illud quidem ſilentio prætereundũ videtur,quod perorata,cauſa,vt ait Cicero in Diuinatione, iudices tabellas ſimul in ciſtam conijciebant ſuas: quarum maior numerus in iudicijs prævalebat:nam ſi viginti fuiſſent tabellæ condemnationis, triginta abſolutionis,reus dicebatur abſolutus.id facile perſpi-

poſt apud Ciceronem in epiſt.ad Atticum de iuditio Clodiano, & apud Pedianum Aſconium de iuditio Milonis:in quo, vt ille ait, vnus & quinquaginta iudices ſententias tulerunt. Senatores condemnauerunt x ii, abſoluerunt v i. Equites condemnauerunt x i i i, abſoluerunt i i i i. Tribuni ærarij condemnauerunt x i i i, abſoluerunt i i i. nam ex iis tribus ordinibus iudices deligebantur.

B.

Quicũque fuit, qui literarũ elementa in lucem protulit, quemadmodum (credo) non ſine ingenti ratione itá formauit, ſic illa etiam maturo conſilio hunc in ordinem ab eo diſpoſita fuiſſe iudicandum eſt: vidit enim vir ille prudentiſſimus, ac naturæ conſultiſſimus non minus ad hominem ſilentium, quàm orationem pertinere. Itàque cum primam literam A (quæ exerto ore profertur, & homini peculiaris eſt, & ſermoni vehementer apta) præcipuo loco poſuiſſet, literam minimę vocis mutã, & quam obſignato ore, compreſſis'que labijs proferretur, iure huic optimo ſubijcendã putauit. Et profectó vti ex vocalibus A. & B ita ex conſonantibus B. G, M. naturales maxime ſunt, atque in cunis primores. Lectum eſt apud Herodotum in Euterpe Pſammethicum Ægypti regem (cum cuperet ex infantibus,

vbi inarticulatè vagire deſiſterent, audire quę vox prima erumperet) obſeruaſſe in pueris duobus ſeiunctim eductis primò vocem ab eis editam non quę ab A vocali, ſed quę à B conſonante inchoabat: nam Bec, quę vox lingua Phrygum panem ſignificat, ab eis prolatā ſcriptum reliquit. Procopius libro tertio de bello Vuandalico memorię prodidit Carthagine tritum vſu vetuſtatis prouerbium à pueris iactari ſolere, quod gamma quandoque Betam, & rurſus Beta gammam perſequitur. Suſpicatur Eraſmus puerorum luſum huc ſpectaſſe, quod inter vicinos frequenter oriatur diſſidium. Verum illic prouerbiale dictum detortum ad rerum euentum, quod Gizericus Bonifacium expuliſſet: poſtea Gilmerem Beliſarius. Poſtremò ſubdit prouerbium hoc nō ex euentu natum, ſed puerorum Carthaginenſium ęnigma fuiſſe, velut oraculum eius; quod poſtea cecidit. Verum ego quoque huius prouerbij cauſam diu mecum reputans (tantùm abeſt vt Eraſmum alioqui virum grauiſſimū, atque doctiſſimum inſectari velim) mihi venit in mentem ſuſpicari, ne de illis dicatur qui virtute, ac fortunis pares inter ſe contendunt. translatum à notulis literarum: quarum vna non eſt magis litera quàm altera: nam Γ ęque eſt litera ac B, & K, vt Δ. Sequatur quiſque tamen quod maximè probat.

C

Fuere nonnulli Grecè quidem, & Latinè docti,ſed vſque adeò imprudentes,ne dicam temerarij, vt veterum priſcorum conſilia reprehendere non dubitarint: vt dicerent eos, quem à Grecis ordinem literarum accepiſſent nec prudenter nec neceſſario mutaſſe:feciſſe quę Arabes,atque Hebręos,nec non Gręcos ſapiẽtius quàm Latinos aſſeruerunt; qui poſt A ſtatim poſuerunt B,poſt quem G, non C, ob id quoniam G facilior eſt prolatu quàm C, primores'que conſonantes in cunis ſunt B G M, non C,quę pueris magno negotio proferri ſolet. At nos id ipſum vtcunque ſit in diſquiſitionem vocare,maioribus'que noſtris ex profeſſo aduerſari nefas eſſe putamus, proinde quem illi literarum ordinem inſtituerint, eundem nobis metipſis ſequi in animo eſt. Iam receptum eſt idem eſſe noſtrorum C quod Græcorum Cappa:exploſa'que eſt grammaticis recentioribus eorum ſententia, qui aliter ſentirent. Verum tamen ea nos quibuſdam in rebus diuerſa ab illis ratione vti videmur: nam apud Romanos in iudicijs triſtis erat, id eſt vim condemnationis habebat: apud Græcos ſalutaris:ob id quoniam reos abſoluebat. Nã & à Græcis duas reperio literas C & T iudicibus dari ſolitas,tabellis inſcriptas: quas perorata cauſa proferrẽt,Cappa abſoluebat,Thita

condemnabat. altera καλὸν id eſt bonum, altera θάνατον, id eſt mortem ſignificabat. Propterea Perſius

Et potis es vitio nigrum præfigere Theta.

Ad quod etiam Martialis eleganti quoddam epigrammate ad Caſtricũ alluſiſſe videt̃ cũ ait.

Noſti mortiferum quæſtoris Caſtrice ſignum
Eſt operę pretium diſcere Theta nouum.
Exprimeret quoties rorantem frigore naſum
Letalem iuguli iuſſerat eſſe notam. etc.

Latini centenarium numerum (vt iam ante diximus) hac litera figurabant. Proinde ferũt Numam Pompilium Romanorum regem cũ ab Iſaurorum Legatis chlamydem ſumpſiſſet, veſtem'q; regiam cum ſenatoria coniunxiſſet, non foris, ſed intus, vt extraque vna conficeretur, tum calceis quoque ſenatorum C literã inſcribi iuſſiſſe, vt per eam ſeſe é numero eſſe centum patrum, quos, vt ait Liuius, ad curam reipub. gerendam Romulus delegerat, admonerentur. Hanc poſtea de figurę ſimilitudine lunę effigiem eſſe dixerunt, ob id'que lunatos calceos appellarunt. Martialis eos pelles lunatas vocat. Horum meminit Iuuenalis ſatyra ſeptima.

Et nobilis, & generoſus
Appoſitam nigrę lunam ſubtexit alutę.

Et Statius in ſyluis.

Primaque patritia clauſit veſtigia luna.

Plutarchus veterum morumſcrutator diligẽ-

tiſſimus in problematis varias huiuſce rei cau ſas aſsignat,ſed hęc, quam modò dixi erudi- tioribus magis arridet. Litera hæc illi prouer- bio locum fecit, duplex C, vel, vt Gręci melius διπλοῦν κάππα. i. dupplex cappa. Attamen idem eſt, vt pauló ante diximus, apud nos C, quod apud Gręcos κ. Quo quidē adagio velut ęni gmate Gręci illi veteres malum aliquod ſigni- ficabant, nam gemino κ. ſcribuntur κακά. atque ſimili figura Plautus fertur furem trium litera- rum hominem appellaſſe. Item huic quoque originem dedit. tria C peſſima. i. τρία κάππα κάκιστα. Id quod olim quoque ęnigmatis vice in trium gentium mores iactum fuiſſe ferūt, Cap padocum, Cretenſiū, & Cilicum. hos. n. treis populos plurimis cōuitiis inceſſuit antiquitas. Sed maximè Cretēſes, & Cilices. Id quod ex il lis veteribus prouerbiis facile perſpici poteſt: Cretenſis cretēſem. quoties improbus agit cū improbo, perfidus cum perfido. Item, aduer- ſum Cretenſem cretiza. ideſt aduerſus menda- cem mendacijs vtere. Item illud eſt in Cilices: quod Dionyſius in Epiſtola ad Ruffum Scho- laſticum adagionis loco uſurpatum memorat λόγος ἐστὶ παλαιός, μὴ ῥαδίως ἀληθεύειν τοὺς κίλικας. id eſt vetus verbum eſt, Cilices haud facilè ve- rum dicere. Sed ne Cappadoces quidem rectè audiuiſſe, cùm alia multa, tùm illud in primis Demodoci diſtichon nobis inditium facit.

Καππαδόκην ποτ' ἔχιδνα κακὴ δάκεν, ἀλλὰ, καὶ αὐτὴ

Κ κάτθανε γευσαμένη ἅιματος ἰοβόλȣ. id eſt, vt nos pingui Mincrua interpretamur.

Cappadocem fixit morſu mala vipera, guſtu
Illa veniferi ſanguinis interijt.

Sed ad rem. Auguſtinus in grammaticis indicat hoc etiam prouerbium fuiſſe tortum in treis Cornelios: in Cornelium Syllam, Cornelium Cinnam, & Cornelium Lentulum: creditum'que eſt in libris ſibyllinis horum nomina trib. ijſce literis fuiſſe deſignata. C.C.C.

D.

D literam decoris ornatus'que gratia tantũ repertam fuiſſe omnino affirmare non audeo: nam ipſa quoque vt aliæ multæ ad voces non paucas cum ſcribendas, tum proferendas neceſſaria eſſe videtur: Verum tamen ad ſplendorem, ac venuſtatem multis dictionibus additam fuiſſe perſpicuum eſt. Antiqui enim Dianam Ianam pronuntiabant, ſed venuſtatis cauſa deinde D litera appoſita eſt. Quemadmodũ in ijs dictionibus factum fuiſſe Macrobius memorat, redire, redamare, redarguere, redintegrare: pro reire, reamare, rearguere, reintegrare: ne duarum hiatus vocalium vocem redderet inconciniorem. Hanc literam Græci Δέλτα vocant: ad cuius ſimiliitudinem Scylla ſaxum in mari Calabro (vt ait Pomponius Mella) formatum eſt. Et Ægyptiam inſulam, quia tri

quetram, ita ſe diuidente Nilo, terrę figuram facit ob Græcæ literæ ſimilitudinem Δέλτα νο catam ferunt: quin etiam in Græcia regionem fuiſſe memorant, quæ Δέλτα vocabatur: iuxta quam ſacellum fuit Dianæ, vt ait Pauſanias, cognomento πειθοῦς: vbi Æneæ ſtatua cernere erat ænea. Priſcianus grammaticus in libello de ponderibus, & menſuris errore (opinor) negligentiaque ſcriptorum deceptus ſcriptũ reliquit, quingenteſſimum numerum priſcis Latinis hac litera ſignificatum fuiſſe: qua de re in primo libro pluribus diſputauimus.

E

Ex quinque vocalibus, quas lingua Latina ſuſcepit, duæ ſunt ampliſsimi ſoni A, & O: vna obſcuriſsimi V, eiusque ſimilis altera ei appoſita Y, qua Græcis in dictionibus & nos plerunque vtimur: duæ mediæ E, & I. Sed E, magiſtra eſt quaſi quædam omnium conſonã tium: quarum nomina paucis exceptis, aut in eam deſinunt, aut ab ea incipiunt. Hac Græci in augendis temporibus verborum à conſonante auſpicantium vti conſueuere. vt à γράφω, ἔγραφον, ἔγραφα. Nec ſine ratione plurimi veterum Latinorum (vt Gellius ait) geminationes præteritorum per E potius quàm per alias literas ſcribere, & ſpepondi, tetondi, memordi, quàm ſpopondi, totondi, momordi

proferre maluerunt. Hæc & alia id genus plura ex grammatica facultate deprompta cùm de hac, tùm de aliis à me dici poſſent, ſed de literis altiora, quàm quæ ex grammaticis tradita ſunt, ſcribere noſtrum eſt conſilium. Et quoniam hac de litera nihil adhuc dignum adnotatu cõperio, ſatis me facturum arbitrabor, ſi id tantum me nihil inueniſſe, planum faciam.

F

Inter ſexdecim notulas, quibus initio veteres vterentur F literam recenſeri non video: conſtat enim inter eruditos poſt illas fuiſſe excogitatam, atque ex duobus gamma Græcis compoſitam eſſe, & Φ literæ vim habere aſpiratione detracta. Hanc multis in dictionibus loco H poſitam Seruius autor eſt: multæ enim voces, quas olim veteres per H proferebant, poſteritas per F proferre conſueuit. Faliſci Italiæ populi: qui ab Haleſo conditi fuere, mutata H, in F, Faliſci dicti ſunt. Febris hoc tempore olim Hebris. nunc Formiæ, quæ olim Hormię fuerunt ἀπο τῆς ὁρμῆς. Et vt etiã quod ad grammaticam rationem attinet, non nihil dicamus, diſputat Iulius Scaliger inter recentiores non infimæ celebritatis grammaticus, an F ſit muta, an ſemiuocalis, validis'que argumentis tandem probat mutam eſſe non ſemiuocalem. Sed quid hæc? legimus hanc literam antiquis

comminatoriam fuiſſe: vt populis, atque vrbibus obſidione circunuallatis timorem incuterent, ferunt imperatores ſuis invexillis olim tria F F F inſcripta habuiſſe: quibus hæc tria comminari videbantur, Famem, Ferrum, Focum, perinde ac ſi dixiſſent: vos tandem ijs calamitatibus oppreſſos deuincam, fame, ferro, flamma: quę tria ſuplicia omnium aliorum lōgè ſunt miſerrima, & in primis fames. Vnde eſt illa ſententia cantionibus apud veteres celebrata teſte Platone Miſerrimum mortis genus fame mori, quæ ex Homero deſumpta fuiſſe videtur odyſſ. M.

Πάντες μὲν ϛυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
λιμῷ δ᾽ οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν. i.

Dura quidē miſeris mors eſt mortalibus omnis
At perijſſe fame res vna miſerrima longè eſt.

Atqui maior ſcriptorum numerus duo tantum verba probare videntur comminatoria, ignem, & ferrum, quod & in prouerbium ceſſit, cum exitiale bellum ſignificamus. Item cū hoſtibus extremam denuntiamus inimicitiam igni ferròque illis minari dicimus. Quod verbum & hodie vulgò tritiſſimum eſt. Huiuſce comminationis apud ſcriptores Latinos frequens eſt mentio. Cicero in oratione pro L. Flacco. ò Dii immortales quid hoc miſerius nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorſimus, imperitæ multitudinis iudicio confidimus. & in Philip. xij. Huic vrbi

ferro, igni'que minitãtur. Iunius Brutus apud Liuium L. Tarquinio Superbo propter oblatum à Sexto Lucretiæ vitium ferro, igni'que minatur.

G

Et G quidem venuſtatis gratia quibuſdam vocibus adiungi ſolitam fuiſſe comperio: nam, vt eſt apud Ciceronem in Oratore, noti erant & naui, & nari: quibus euphoniæ cauſa præpoſita eſt G, ſiquidem dulcius viſum eſt ignoti, ignaui, ignari dicere, quam vt veritas poſtulabat, nari, & naui. Adagium illud quam vulgatiſsimum à pueris Carthaginenſibus iactari ſolitum ſupra retulimus Betam Gamma perſequitur & rurſus gammam Beta. Præterea litera eſt ſuillæ voci maximè congruens: quam edere ſolent ij: qui grauantur ſermone reſpondere: vnde illam prouerbialem effluxiſſe volunt hyperbolen, ne gry quidem, pro eo quod eſt ne tantillum quidem: aut ne minimũ quidem loquitur. hinc'que deductum eſt etiã verbum γρύζειν, id eſt grunire: cuius vocis vſus admodum frequens eſt apud Ariſtophanem.

H

Vtrum H numeranda ſit litera, an ſpiritus

magis appellanda, vt quæ literis tanquã apex imponatur, grammatici certant. Gellius in tertio Atticarum noctium libro literis prodidit eam veteres Latinos inſeruiſſe pleriſque vocibus formandis, corroborandis que vt ſonus earum eſſet viridior, vegetior'que, id quod eos feciſſe ait ſtudio, & exemplo linguæ Atticæ. Notum eſt, inquit, Attice ἰχθὺν ἵερον, id eſt piſcem pauperem. In cuius mentionem quoniã obiter incidimus, placet etiam vt Gellium vel á mendo reſtituamus, vel ſaltem quid ſuper ea re ſenſerint homines doctiſsimi (negãt enim hanc vocem ἵερον ex Gellij officina depromptam) in medium afferamus. Sunt igitur qui ἴχθὺν ἱερὸν ideſt ſacrum piſcem legendum malint. Cuius mentio fit Plutarcho, Ariſtoteli, ac Plinio copioſiſsima. Verſus etiam Homeri de ſacro piſce, quos aduocauit Plutar. leguntur Iliados xvi.

ὡς, ὅτε τις φῶς
πέτρῃ ἔπι προβλῆτι καθήμενος ἱερὸν ἰχθὺν
ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ
ὡς εἵλκε,

Vbi Suidas indicat ſacrum piſcem dici, cui nemo nocebat: ſed ſui iuris erat. Athenæus autem in Telechinaica hiſtoria, quiſquis tandem fuerit eius conditor, ſacros dici piſces putat Delphinum, & Pompilium. Quibus ex autoribus facilè colligi poteſt ἴχθὺν ἱερὸν, non ἵερὸν legendum eſſe apud Gellum Sed alias, pluribus, iam ad integrum re-

deamus. Multa itidem alia refert Gellius Attice cum aſpiratione primæ literæ dici citra morem gētium Græciæ cæterarum. Vnde & Latini lachrimas, vt ille ait, ſepulchrum, ahenum, vehemens, & alia multa cum flatu dixerunt. Ille verò non intelligendi ſolum, ſed etiā dicendi grauiſsimus autor & magiſter Cicero cum ſciret maiores ita locutos fuiſſe, vt nuſquam niſi in vocali aſpiratione vterentur, ſe quoq; has voces pulcros, Cetegos, triumpos Cartaginem ſine flatu pronuntiaſſe: ſed conuitio aurium cum ſibi extorta veritas fuiſſet, ſe vſum loquendi populo conceſsiſſe, ſibi'que ſciētiam reſeruaſſe, memorat in Oratore: vox enim illa cum ſpiritu prolata vulgi aures magis permulcere videbatur: cuius quidem ſpiritus nullam fuiſſe rationem aliam Gelliusopinatur, quàm vt firmitas, & vigor vocis, quaſi quibuſdam neruis additis, intenderetur: aliter enim ſpiritus vberior, & frequentior inter fauces. Ita'que Græci δασεῖαν, noſtri denſam, & craſſam, & flatilem eam vocauere. Cicero tamē Orciuos, Matones, Otones, Cæpiones, ſepulcra, coronas, lacrimas abſque aſpiratione ſe dixiſſe confirmat; quia per aurium iudicium ſemper licuit.

I

De I vocali nihil quod eruditis auribus di

gnum iudicari poſſit inuenimus, prçter quód in ea deſcribenda cum geminaretur vſi fuerunt veteres longiuſcula forma: id'que decoris gratia vt Antonij. quemadmodum & noſtra tempeſtate à multis obſeruari videmus. huiuſce cõſuetudinis literã longã Plauto vocari in Aulularia multi contendunt; ferunt'que ob id interpretes pro L fuiſſe interpretatos, quia barbarorum vſu ita nunc ſcribimus, ſed de litera longa nos pauló poſt pleniori oratione diſſeremus. nunc ad alia tranſeamus.

K

Cum hactenus inter omnes conſtet K, quæ inter literas à Latinis numeratur Cappa Græcum eſſe, iam'que receptum ſit idem eſſe noſtrum C, quod Græcorum ſit Cappa, de illa ſeparatim nihil attinet referre. niſi forte portentoſas chimeras (vt alij quidam) & vana ſomnia comminiſci velimus.

L

Obſcæna litera antiquis habita eſt L, atq; id ipſum propter communitatem: quam habet cum verbo lingere, quod Græci λαιχάζειν dicunt. & quoniam hoc in primis vitio laboraſſe ferunur Leſbij, hinc illud deductum eſt, λάβδα λεσβίων: quod Ariſtophanes ἐν ἐκκλη-

διχτουοχῖς uice prouerbij vſurpauit.
δοκεῖς δέ μοι καὶ λαβδίζειν κατὰ τοὺς λεσβίους. .i.
mihi uidere & labda iuxta Leſbios. Fela tricē indicat, velut ænigmate primæ literæ, quæ cōmunis eſt Leſbijs, & vitio, quod illi aſcribitur genti. Id obſcænitatis genus ita etiam feſtiuiſſimus Poæta Auſonius quaſi ænigmate demonſtrauit.

λαῖς ἔρος καὶ ἴτυς χείρων καὶ ἔρος καὶ ἴτυς ἄλλος.
Nomina ſi ſcribas prima elementa adime.
Vt facias verbū, quod tu facis eune magiſter.
Dicere me Latium non decet obrobrium.

Ex primis.n. literis græcis cōiunctis λείχει fit, quod ſignificat lingit. Hanc nonnulli literam longam vocant: de qua etiam Plautum in Aulularia ſenſiſſe uolūt: ſed eos veluti parum eruditos facile confutat Cælius Rhodiginus. Hæc in iuditijs (vt iam ante diximus) adhibebatur Nam tria apud Romanos fuerūt pronuntiandi genera: aut.n. dies diffundebatur, id eſt res in poſterum diem differebatur, aut comperendinabatur, ideſt in tertium diem differebatur: aut iudex non liquere pronuntiabat: quod & amplius pronuntiare dicebatur. Id quod non uoce (ut à nobis iam dictum eſt) ſed tabellarū porrectione: quæ duabus ijs literis ſignabātur N L fieri ſolebat. Romani prænomen illius, qui exorta luce natus eſſet, hac littera ſignabant: qui L. ideſt Lucius dicebatur. Seſtertius, quod et ſeſtertium appellatur, numus dua

rum & ſemis librarum (vt Aruntius apud Priſcianum teſtatum reliquit) per duas LL, & S, exqua ſemis incipit, notabatur: vnde ſeſtertius dicitur ſemis tertius Numerum quinquagenarium latini hac notula ſignabant, ea ratione (ſi Priſciano credimus) quia N, quæ apud illos eundem numerũ ſignificat græci pro λ ſæpe mutuo offitio uſurpabant. Extat apud Ciceronem in ſecundo de Oratore ſcomma perquam elegans, & facetum: quo L. Craſſus Orator in Memmium uſus fuiſſe tum dicitur, cum Terracinæ cũ Largio de amicula rixatus fuerat. quod ſcomma omnibus Terracinæ in parietibus ſcriptum fuiſſe memorat tribus LLL, duobus MM. verba Ciceronis adſcribenda duximus. Duo.n. ſunt, inquit, genera facetiarum, quorum alterum re tractatur, alterum dicto: re ſi quando quid tanquam aliqua fabella narratur: ut olim tu Craſſe, in Memmium, comediſſe eum lacertum Largij, cum eſſet cum eo Terracinæ de amicula rixatus, ſalſa attamẽ à te ipſo facta tota narratio: addidiſti clauſulam tota Terracina, tum omnibus in parietibus inſcriptas fuiſſe literas tria L L L. duo M M, cum quæreres id quid eſſet ſenem tibi quendam oppidanum dixiſſe lacerat lacertum Largij mordax Mẽmius. Illud neutiquam relatu indignum duxerim. Lacedæmonios cõſueuiſſe L, ſeu λ Græcum in Clypeis ſuis militiæ geſtare, vt ex principe nominis ſui litera

nter alios facilius agnoſcerentur. huius rei ſic meminit Eupolis

ἐξεπλάγην ἰδὼν στίλβοντα τὰ λάμβδα

Et Meſſenios nota huius littere M, cognobiles fuiſſe legimus, aliosq; alio modo. nã Troiani (ut ait Seruius grãmaticus) in ſcutis Neptunũ: Græci Palladẽ habuerũt, vnde ſeparati ab oibus cognoſci facile poterant ad quod fortaſſe alluſit Virgilius in ſecundo Æn: cum ait.

Vadimus immixti Danais haud numine nr̃o.

M

M litera eſt maximẽ omnium muta, præſertim in fine; mire.n. os contrahit & occludit. vnde illud effluxiſſe videtur Græcorum prouerbium οὐδὲ μῦ ideſt ne my quidem: nam qui me tu non audent hiſcere, ij quondam dicebãtur my facere non audere. refertur adagium hoc à Varrone libro de lingua latina tertio: putatq; muſſare verbum á my eſſe deductum, quaſi μύζειν ob id, quia muti non amplius ſonare queãt, quam My. verba Varronis hoc habent, à quo idem dicit quod minimum eſt: neq; (vt aiunt) my facere audent. Carmen id eſſe Ennianum opinatur Eraſmus. Alij vero adagium hoc in eos detorqueri malunt, qui interim cõtentibiles, & abiecti eſſe creduntur: mox tamen cum ingenij accumine: tum præſtantia uirtutis ingentem ſibi comparant nominis ce

lebritatem integrum vero cuiqꝫ ſit, illud ſe
qui quodſibi magis probabile uideatur. Apud
Ariſtophanē in Equitibus duo priuati apud
ſe quæſturi quędam de vitijs ciuitatis ſenariū
hunc concinunt.

μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ.

Ex quo coniectari licet, hanc eſſe uocem for-
midantium loqui. Præterea M litera conui-
tio valde apta eſſe uidetur: qua olim Græci
velut ænigmate in ſtultos uti ſolebāt, ἔλαχες
τὸ M idest M litera tibi ſorte obtigit. Nā Græ
ce μωροὶ ideſt ſtulti hanc initialem habent.
Annotatum eſt in Græcorum collectaneis φ
cum interdum Dionyſio Syracuſano M in ſor
tibus obueniſſet (nam Syracuſis vetuſtum fui
ſſe morem iam antea diximus, vt prodituri
in concionem literis ſorte ductis deſignaren-
tur, ac ubi quis literam ſuam foret adeptus
habendæ concionis ad populum poteſtas ei fi
eret) quidam, opinor, illum ludibrio habens
& nihili hominem ratus, nulliusue aut ingenij
aut facundiæ (nondum. n. regium munus inie
rat) mox intulit Μωρολογεῖς Διονύσιε id eſt
ſtulta loqueris Dionyſi. Quod ſi interrogandi
nota legeris, acutior fiet intellectus: & erit ſen
ſus & tu garriendi facultatem ſortitus es Dio-
nyſi? cui Dionyſius eludens ſcomma, ſimulqꝫ
ad ſortitionis literam alludens, Μοναρχήσομεν
οὖν inquit, ideſt erimus igitur Monarchæ. Ve
luti elementum hoc nō fatuæ loquacitatis (ut

Ille cauillabatur) vel concionis habendæ copiam faceret; ſed monarchici imperij futuri mox præſagiũ foret, ſicuti etiam uſu uenit: nam haud longo poſt temporis interuallo, cõcione habita, prætor à Syracuſanis eſt deſignatus: qui fuit ad Tyranidem gradus adprime commodus. Eraſmus vero Græcarum dictionum ſolertiſſimus interpres non Μοναρχήσομεν οὖν legit, ſed ex Plutarcho Μοναρχήσομεν· μενοῦν legendum contendit vt μενοῦν, ſit una dictio: quæ non inferat tantum, ſed aduerſetur potius. Corrigit. n. (inquit) alterius diuinationem & ſubijcit Immo potius ero monarcha: quis n. ſic loquitur? erimus monarchæ. Hanc ſuam opinionem confirmat ratione, quadam à vocis ſignificatione deducta; Inquiens. Adhæc μοναρχήσομεν non ſonat erimus monarchæ, ſed ſimus monarchæ, deinde ſubdit. Poſtremo ſi legas οὖν vt ſit inferentis non corrigentis: quid aliud dicit Dionyſius, quam ideo ſe fore monarcham, quod ſtultus eſſet? Hæc Eraſmus, quæ omnes fere ſine controuerſia probãt eruditi. Non deſunt etiam qui hoc elementum flentibus potiſſimum eſſe accommodatum dicant. Propterea Cicero cum pro Q. ligario diceret, eamq; partem, quæ eſt in peroratione flens ageret, quo facilius Cæſarem ipſum ad dolorem, lacrimaſq; compelleret, ijs verbis ab M litera inchoantibus uſus fuiſſe cenſetur. Moueant te horum lachrimæ, moueant

pietas; moueat germanitas. Neq; illud omiſerim, quod cum prænomina quædam unico elemēto ſignari mos Romanis eſſet, Senatus Conſulto cautum eſt (vt Liuius ait) ne quis Manliorum M. prænomine appelletur ob M. Manilij capitolini mala merita in Remp. q̄. q̄ illud S. C. poſtea uetuſtate abolitum fuit; verba Liuij adſcribenda cenſuimus ex ſexto primę decadis libro ab vrbe condita, Mortuo inquit adiectę ſunt notæ, publica una quod cum domus eius fuiſſet ubi nunc ædes atque officina Monetæ eſt latum ad populum eſt ne quis patricius in arce, aut Capitolio habitaret, gentilicia altera; quod gentis Maniliæ decreto cautum eſt, nequis deinde M, Manilius uocaretur. Romani ueteres milleſimum numerum (ſi Priſciano credimus) hoc elemento ſignabant. Non me præterit alios aliter ſentire, ut dicant hac potius nota ſignificatum Ꙍ, quæ deinde ſcriptorum inſcitia M facta fuerit. Meſcenij (vt ſupra retulimus(in clypeis M geſtare ſolebat εἰς παράσημον ideſt notæ inſignioris gratia, ex prima ſui noīs littera quaſi charactere ſe ipſi præmonſtrarent.

N

Iam ſatis (opinor) ſuperq; à nobis dictum eſt olim N ampliationis notam: atq; in tabella cū L inſcriptam à iudicibus eo proferri ſolitam,

ſuiſſe cum ad damnationem cauſa non ſatis fu-
iſſet idonea: nam mos ueterum Romanorũ fu-
iſſe autor eſt Pedianus Aſconius, vt ſi abſoluen
dus eſſet reus, ſtatim abſolueretur, ſi dãnandus
ꝙ primum damnaretur: ſi cauſa minus eſſet ad
cõdemnationem idonea, abſolui tamẽ reus nõ
poſſet, amplius pronũtiaretur. hæc litera apud
Græcos neque ante γάμμα, neq; Ξ, neq; Κ repe
riri põt: ſed in gamma conuertitur. hac notula
quinquagenarium illi numerum ſignant, quæ
cũ L cognationem habet: nam veteres Græci
vt ait Apollonides L pro N ſæpe ponebãt: vn
de Latini quoq; nymphã dicunt pro lymphã
aquam vel fontem, autore Priſciano, volẽtes ſi
gnificare, atq; ita Virgilium dixiſſe teſtis eſt
ipſe.

Dant manibus famuli Nymphas.

ob hãc igitur literarum cognationẽ L & N La
tini etiam quinquagenarium numerum hoc ip
ſo elemento notarunt.

O

O litteta ex effectu prolationis figurã, nomẽ q;
ſumpſiſſe iudicari poteſt, nam ore penitus orbi
culato, atq; inſtar circuli rotato ꝓfertur, quæ
quanto cæteris præſtet elementis, perfectiorq;
ſit ex hoc facile intelligi poteſt, quod omnia ro
tunda perfecta eſſe dicuntur. Quatuor elemẽ-
ta, & reliqua pene ex quibus mundus ipſe con

ſtitutus eſt, forma circulari effigiata philoſophi tradiderunt, & quanquam alij oblongam, alij planam, nonnulli quadratam, mundi formam eſſe dixerunt: vicit tamē illorum vt certior opinio, qui orbiculatam eſſe litteris prodiderunt. Imó cum veterum nonnulli pulchritudinem mundi ex quatuor maxime rebus colligerent, ex colore, qui Κυάνεος, ideſt ceruleus dicitur, ex magnitudine, ex tot, tantorumq; ſyderum varietate, orbicularem figuram, ex qua conſtant, non exclusserunt; quam omnium maximam, & maxime capacem eſſe dixerunt. Forma ſolis, & ſyderum necnon lunæ cum plena perfectaq; eſt, ad huius literæ figuram conſpicitur. Romæ olim ab Agrippa templum Ioui ultori, Diis'q; etiam omnibus cōditum fuit ſtructura orbiculari, q Pantheon ideó appellauit quia uel Dijs omnibus dicarat, vel (vt alij malunt) quia rotundum, cæloq; perſimile erat. Ab rotūda forma, Diua Maria rotunda hodie vocatur. Circi in quibus ludi varij generis, venationesq; fiebant, ad huius litteræ ſimilitudinē cum doctiſſimorum virorum, tum ipſius uocis teſtimonio conſtituti fuere. Hos ſeptem numero fuiſſe ex mutis, vt aiunt, magiſtris accepimus, Maximum, Flaminium, Intimū, Neronis, Floræ, Antonii Caracallæ, Alexandri. Præterea foſſam orbiculatam Romæ in comitio fuiſſe legimus, quam mundū appellabant: in quam omnium rerum primitias,

quibus lege vt honeſtis, naturâ vt neceſſariis utebantur conijci. moxitem terræ portiunculam, vnde quis profectus eſſet, conferri iuſſit Romulus; ob id (opinor) vt ita in populi unius corpus animi facilius coaleſcerent. Sed longum eſſet, ſi omnía cum ſacra, tum profana, diuiua, atq; humana ad huius litteræ formam effigíata numerando percenſere uellem. Propterea alias, ſi quando dabitur locus, pluribus diſputabimus. Animaduerti etiam hanc olim literam ſummæ letitiæ vocẽ atq; ſignũ fuiſſe: quaquidem voce in triumphis, ouationibus, aliȷs'cꝫ id genus uariȷs' multiplicibusq; lętitiis Romani, necnon exterę nationes uti ſolebant. Nam dum pompa triumphalis procederet, pueri, uel prouectioris ætatis iuuenes magnis uocibus, & bonis lateribus proferebant Io Io triumphe. Quod Horatius cum alibi, tum hoc etiam in loco inditium facit, cũ ait. Nõ ſemel dicemus Io triũphe. Et in ouationibus O O O ab illis exclamatum fuiſſe teſtis eſt Plutrarchus (ni fallor) in Camillo. Vnde appellatam fuiſſe ouationem plurimi nec dubiæ autoritatis, nec ſiniſtræ fidei ſcriptores uoluerunt. Conſimili ratione compertum eſt Iudæos hac uoce Oſſanna uſos fuiſſe: quæ pecũliaris, Hieronymo auctore, eius gentis acclamatio, ſicuti Io triumphe Romanorũ fuit, Quod vel ab Eraſmo relatum extat. In qua fertur D. Hilarius quondam Pictauorum

antiſtes a Iudæo homine fuiſſe deceptus. Is.n. in canone quem in Mathæi euangelium ſcripſit, cum hac in dictione interpretanda hæreret, Iudæum conſuluit: qui ut Chriſtianum illuderet: Oſanna, inquit, redemptionẽ domus Dauid ſignificat, ita forte ei in buccam uenerat. Credidit vir bonus. & ita ſuis in commẽtariis repoſuit. Sed de hac uoce Oſanna elegãter, & ſcite diſputat D. Hieronymus in epiſtola quadam ad Damaſum Papam, quæ quoniam ad præſens negotium minime facere uidetur, conſulto prætereo.

P.

De litera P nihil adhuc reperire potuimus ꝙ vel huic noſtræ diſertationi cõueniret, vel dignũ eruditis auribus iudicari poſſet. Illud tamen non prætereundum eſſe duxi, quod prę nomẽ Publius apud Ro. hac notula P. utrinꝗ pũctis diſtĩcta notabatur. fuit autem Publius prænomẽ eius, qui populo gratus fuit: vnde & Publicola dictus eſt, uel quod à populo coleretur, uel quod populum coleret: cuius prænominis appellationem P. Valerius, qui Primus cum Iunio Bruto poſt exactos reges Cõſul creatus eſt, ſibi honeſtiſſime cõparauit.

Q

Inter ſexdecim literas illas, quibus olim vſi fu erunt veteres latini, Q non recenſeri, ſed cum alijs quibusdam, vt ante diximus repertam fuiſſe manifeſtum eſt. quam nonnulli de litera C excogitatam, & poſtea in hunc modum clauſam Q volunt. adeo ut etiam ineptiuſcule quidam eandem cum ipſo C eſſe contendant. Galli eorũ que imitatores Ligures, Taurini, & magna pars Pedamontanorum nihilo ſecius eam proferunt, ac ipſam C, qui uero caſte atque integrè hanc literam pronuntiant vt Tuſci, Vmbri, Veneti, Romani, Parthenopæi includunt ῃ aliquantum poteſtatis ipſius notulæ V, ſine qua Q, nunquam ſcribitur. propterea caudam illi ſubditam fuiſſe arbitrãtur, ut ſuum comitem, qui ſemper ei deferendus eſt, ſubleuare, ac plane ſuſtinere uideatur.

R

R canina eſt litera, ita eã Perſius appellat nõ à rictu, ſed à rigida potius uoce quã canes latraturi rictun diſtorquẽtes, cõtrahẽtes ꝗ natura fũdere ſolent, quod proprie rigere dicitur. uſqꝫ adeo autẽ eſt aſpera hęc litera, vt ad eius aſperitatẽ multis lĩgua defuerit: atque hi latine balbi dicti ſunt: quo vitio laborauit Ariſtoteles, & Alcibiades Athenienſis: ita tamen Alcibiades ut blęſitas uoci illius ſplendorem, ut ait Euripides, & ſermoni gratiam, venuſtatemque aſ

ſerre uideretur. Adde etiam ex Cicerone Demoſthenem: qui ut ille ait in Oratore, primã ſuæ profeſſionis literam, nempe R. proferre non poterat, lapillis tamen ore incluſis, longáque exercitatione naturam tandem euicit. Nã oris uitium, linguæque hęſitatio cùm in omnibus tùm maxime in oratoribus turpia ſunt. Propterea Fabius Quintilianus in libro oratoriarum inſtitutionum primo monet, uitia, ſi qua ſunt oris ut emendẽtur, ut expreſſa ſint verba, ut ſuis quæque literę ſonis enuntientur. Verũ quoniam linguæ non unũ dũtaxat, ſed plura ſunt uitia, idcircò me operę pretiũ facturum exiſtimo, ſi quot iſta ſint breui oratione perſtringam, quę nec à noſtra quidem inſtitutione omninò abhorrere uidentur. Lingua igitur peccantium, turbidéque, et adhęſe loquentium treis ab Ariſtotele fieri ſpecies animaduerto, quorum alios ἰσχνοφώνους alios τραυλοὺς, alios uero ψελλοὺς appellat. Ἰσχνόφωνοι ſunt quos non perperam Latine diceres hæſitãtes uitium eſt inquit ille; ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι ταχὺ συνάψαι τὴν ἑτέραν συλλαβὴν πρὸς τὴν ἑτέραν id eſt ex eo ꝙ citò ſyllabæ ſyllabã cõnectere minus poſſint. τραυλοὶ qui literã aliquam exprimere nequeunt, eãque non quamlibet ſed certam, vt Demoſthenes, & Ariſtoteles ipſe. Hos Latini balbos, nõ blęſos, ut male ſentit Eraſmus appellant. nam ex Ciceronis in ſec. fam. id facile ꝑſpici põt, de Hillo inquit, balbus. n. sũ ꝙ nõ

putaram. Nã cum dicendum eſſet de Hirro, R in L de induſtria diſtorſit & Hillo fecit, & propterea ſe balbum uocat. Blęſitas uitium ẽ oris ſicut & κοϊλοστομία. ſed blæſi diſtorqunt literas ex oris tortura: κοϊλόστομοι autem è palato loquuntur, aut è naribus. Sunt tamen qui dicant blæſos eſſe, quos Ariſtoteles ψελλοὺς vocat. ſunt autem ψελλοί qui in enunciando literam preterunt, aut ſyllabã. Nec me preterit blęſum à quibuſdam paralyticum dici. Plerique blęſum accipiunt, cui in exterjora obuerſa ſunt crura, & prorſum literæ Λ ſimilia. Quo ex vitio Lambda fertur dicta fuiſſe Eetionis vxor, Cypſeli Corintij mater. Cõtrà verò qui crura introrſum obuerſa habet, rhębus appellatur. Sed redeat unde aberrauit oratio. Quidam notati ſunt tamq̃ immodicè litera R vtentes. Quod uitium peculiare Eretrienſium fuiſſe, id uel hoc prouerbio indicari poteſt Ἐρετριέων ρ ideſt Eretrienſium Rho de ijs, quę ad faſtidiũ uſque repetũtur Quo nomine nunc male audiunt, vt eſt autor Eraſmus, apud Gallos Picardi. Dores pręcipue inceſſuntur à Gręcis, quod plus nimio in dictionibus A literam ingerant Vnde apud Theocritum garrulę mulierculę coarguntur

πλατιάς δ᾽ ἐκναιοῦντι ἅπαντα

ideſt repetentes omnia, vt quę Syracuſię forent. Cui uitio peculiariter obnoxij sũt æuo noſtro Senenſes, Notãtur item quibus

Alcibiadis labdaciſmus impendio placebat,
Ridetur Arrius á Catullo quod,
Chommoda dicebat ſi qñ commoda vellet
Dicere,& inſidias Arrius hinſidias.
Ac tum mirificè credebat ſe eſſe locutum,
Cum quantum poterat dixerat hinſidias.
Adagium refertur á Diogeniano, meminit Plato in Cratylo οἶσθα οὖν ὅτι ἐπὶ τὸ ἀυτο ἡμεῖς μὲν φαμὲν σκληρότης Ἐρετριεῖς δὲ σκληροτηρ, ideſt ſcis quod nos pro eodem dicimus ſclerotes, ideſt durities, pro quo Eretrienſes ſcleroter: ex quo liquido claret Eretrienſes adamaſſe hanc litteram P.

S

Ex tot literarum notulis quot apud Græcos & Latinos vſus recipit, duæ ſunt maxime naturales A & S, quarũ alteram hiando, vtramque cùm ſpiritum effundendo, tùm recipiendo formamus. Quæ cum ita ſint nonnulli tamen S maledictis inceſſerunt. Pindarus omnium iudicio, vel ipſius Horatii teſtimonio doctiſſimus, ingenioſiſſimus'que eam σαμβδῆλον, ideſt adulterinam appellat. Dionyſius quoque cum R generoſam vocat, ipſum S expelit, ac tamquam ſibilum reijcit ad ſerpẽtes. Maluit canem irritatam imitari, quam arborum naturales ſuſurros ſequi. Habet hæc

littera ſilentii notam: quod ne pluribus quidem approbãdum reor, cum ſatis re ipſa probari poſſit: nam ſilentium qui impetrare cupiunt lingua ſonum eiuſmodi tanquam ſibilum formant, quæ & ab hoc ipſo Grece ſigma creditur appellata, παρὰ τὸ σίζειν.

Veteres tamen latini S & T ſimul adglutinãtes effingebant ſt ſyllabam: cui ſoli (vt ait Verius) contingit vt ſine vocali cõpacta eſſe videretur: qua & in Phormione Terentius eſt vſus. Non is obſecro es Quem ſemper dicunt? ST. Quid has metuis fores? Doricẽſes, vt autor eſt Euſtathius in Homerum, ſigma Σαν vocat, & ſamphoras ſiue ſaphoras Græci equos nũcupant, quibus Σ inuſta eſſet, morem verò fuiſſe inurendi literas etiam in equis, iam antea, ni fallor, ex Ariſtophane docuimus. Animaduerti ẽt apud Herodotum in primo libro nomina magnificentię apud Perſas hac literaterminari. Quin etiam omnia eorum nomina claudi eodẽ met elemento confirmat. Eſt vel ſigma nomen triclinij ſemirotundi vel Stibadij, vel cænationis, vel diætæ. Vnde ſuſpicantur eruditi legendum apud Martialem

Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſigma
Octo capit veniat quisquis amicus erit.

Item alibi.

Septem ſigma capit, tres ſumus, adde lupum

Apud Græcos geminata locum duorum τ ſe

penumero ſibi uendicat: de qua re extat per- legans Luciani commẽtatio, quæ inſcripta eſt Δίκη φωνηέντων ideſt iudicium uocalium.

T

T litera ſalutaris eſt. Hac.n. ſignati homines mortis periculo ſeruabantur incolumes. Iſidorus in pri. etymologiarũ lib. ſcriptũ reliquit, ita militari more ſolere fieri, vt cæſi θ ſalui T. ſignarentur. Cui ſẽtẽtię vix ſubſcribit Eraſmus, quin id magis probat, quod, vt ipſe ait, ſcribit Pedianus Aſconius olim in iudicijs, ſortes, quę mittebantur in vrnam, triplicem notam habere ſolere. Ac θ quidem damnationis fuiſſe ſymbolum, T abſolutionis, λ ampliationis. Ego tamen in emendatis Aſconij Pediani codicibus nuſquã id me legiſſe memini. De tribus quidem tabellis & literis A. C. N. L. meminit Aſconius in diuinatione, ſed de θ aut T, quod ego viderim nuſq̃. At vero apud Græcos θ ſignum eſſe condemnationis K abſolutionis nemo literarum gnarus neſcit. Vnde illud adagium effluxiſſe palam eſt theta præfigere pro damnare. Ad quod Perſius alluſiſſe videtur ſatyra iiij.

Et potis es vitio nigrum præfigere Theta

Et Auſonius poeta lepidiſſimus in pædagogum liguritorem carmine choriambico

Miſelle doctor ο ο tibi ſit obſceno

Tuum que nomen theta ſectilis ſignet.

In diuinis ſcripturis huius quoque literę mentio fit, quod Tau ideſt ſignum appellatur, cuius tanta uis fuit vt cum Angelus mortales omnes male haberet, ſolos eos reliquit incolumes: quibus ſignum ταυ erat adſcriptum, quod Chriſtianorum, ni fallor, typus fuiſſe videtur, qui per Chriſti opt. max. crucem oleo ſanctificationis erant perūgendi, iuxta illud, In quem credentes ſignati eſtis ſpiritu repromiſſionis ſancto. Vt cum pſalmographo modulatis vocibus canere poſſent, Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine, dediſti lætitiam in corde noſtro. Hieronymus ſuper Marcum idipſum ēt ſentire videtur, cum ait, Tau litera ſalutis ſignum demōſtrat, & crucis. Imò verò & crucis nomen Græcum, quod eſt σταυρός. non aliunde videtur appellationem duxiſſe, quamquam Grammaticis aliud videatur. Hinc eſt quod illam ægyptij ſuis myſterijs ſacrarunt, nam per eius effigiē, quæ crucem omnino repreſentat, ſpem futuræ ſalutis intelligi voluerunt, vt in ſacra hiſtoria autor eſt Ruffinus. Proinde figuram eiuſmodi Serapidis, quem ipſi colebant, pectori inſculpebant. Deteſtati tamen hanc ſunt alij, ꝙ ſuper ea homines ſcelerum penderent pænas: & in diuinis ſcripturis id adnotatum obſeruauimus, maledictum fuiſſe hominem, qui penderet in ligno. Apud Virgiliū in catalectis, ſi modò Virgilii ſunt, vt inter plurimos video etiam Quintilianum exiſtimaſſe, ταυ gallicū pro cruce po-

ſitum inuenies:quam ad eum conſtruere modū Galli conſueuerāt. Ad quod ſupplicij genus in monoſylabis Auſonium alluſiſſe putāt viri oppido quam eruditi.

Scire velim catalecta legens quid ſignificet ταῦ. Hanc literam Plautus in Aulularia longam appellat:apud quem ſic Staphyla anus loquitur.

Neque quicquam melius eſt mihi,
Vt opinor,quam ex me vt vnam faciam literā
Longam,laqueo collum qn̄ obſtrinxero.

Quę res ſcitū.inquit Cœlius Rhod. videri poteſt adagium in eos qui præpoſtere commoriuntur precluſo,vt ait Plin.ſpiritu,cui quereretur exitus,quod quidem ſupplicij genus in diuinis non admittitur. Quidam ſunt, qui literā longam L dici uolunt.ſed ij vt exigui ingenij, nulliusque prorſum iudicij homines, grauiſſimorum ſcriptorum ſententia facile conuincuntur. Et profecto,quę litera alia ſit quæ ſuſpenſi hominis figuram exhibeat quam T non ſatis video;nam qui pendet vicem obtinet lineæ ex ſuperiore parte in imam productæ:trabs vero, vnde laqueus deſtinatur tranſuerſam elementi portionem fingere videtur. Quod vero Plautus de litera L non intellexerit cum de hominis ſuſpendio verba faceret,ex hoc facile perſpici poteſt,quod L non penſilis, ſed ſtātis hominis formam repreſentet. Porrò id vt ad hunc modum coniectemūs, doctiſſimus facit Lucinianus:qui in ea cōmentatione,cui titulum fecit

ideſt vel vitia ſequitur,vel viam virtutis ingre dìtur. Vnde Perſius.

Traducit trepidas ramoſa in compita mentes,

Hæc litera eleganter quidẽ, & ſcitè deſcribitur hoc carmine,quod Virgilij titulo circumfertur puerorumq; manibus propè iam teritur.

Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni
Humanæ vitæ ſpecimẽ præferre videtur
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemque aditũ primum ſpectantib. offert,
Sed requiem præbet feſſis in vertice ſumo.
Molle oſtentat iter via lata,ſed vltima meta
Præcipitat captos,voluitque per ardua ſaxa.
Quiſquis enim duros caſus virtutis amore
Vicerit,ille ſibi laudem que decusq; parabit:
At qui deſidiam,luxumq; ſequetur innertem,
Dum fugit oppoſitos incauta mente labores:
Turpis,inopsq; ſimul miſerabile tranſigit æuũ.

Hieronimus gruum ordinem appellat literatũ: quoniam inter volandum alpha deliniari penè videatur,vel,vt alijs magis arridet, υ-ψιλον cuius inuentionẽ illis auibus acceptam referũt, autore Palamede id quod vel Philoſtratus indicaſſe perſpicitur in libello,qui heroica inſcribitur. Vnde illud Lucani.

Et turbata perit diſperſis litera pennis.

Et martialis.

Turbabis verſus,nec litera tota volabit
  Vnam perdideris ſi Palamedis auem.

Huius quoque literæ ita meminit Claudianus in

bello 87

Lacedęmonij namque Philippo regi petēti neſcio quid, quod pręſtare nollent, ſic reſcripſerũt ἃπερ ᾔτησας οὐ ideſt quę petiſti non. Autor eſt Plutarchus in laconicis apophtegmatis. Sed videtur Auſonius alluſiſſe ad ſonũ Gręcum, & ad figuram noſtram; exprobat.n. hoc illis Nigidius Figulus, qui nouerint figuram vnã inuenire, qua V noſtratis exprimerent ſonum. Verba Nigidij adſcribenda cenſuimus. Gręcos inquit, non tantę inſcitię arceſſo, qui ου ex o & y ſcripſerunt, quantæ quiει ex ε & i: illud .n. inopia fecerunt, hoc nulla re ſubacti.
Apud nos V numeri nota eſt qui narij.

X

X ex Ξ Gręco ſumptum videtur, & κατα αναστροφην ix pronuntiatum. Quod neque apud Gręcos, neque apud nos poſt ſe S patitur, licet antiqui contenderit exſequor dicēdum eſſe, nõ exequor. hęc litera apud Gręcos per tranſuerſũ decuſſata, pręfectaque obelo nota erat talenti, quod apud veteres pondo ſexaginta capiebat: nam Ξ nota numeri ſexagĩta deſignat, apud nos denarium nnmerum ſignãt: forte quia decima ξ conſonantium Græcis.

Y

Y Gręca eſt qua Priſci illi veteres non vteban

tur, ſed pro ea V ponebant. Inualuit poſtea cõſuetudo, vt aurium cauſa dictionibus Grȩcis tātum adhiberetur. Hanc Phya vocamus, quam ex hya voce luctuoſiſſima fieri volunt, quæ eſt in nomine Hyacinti. Idque Ouidium ī decimo metamorph, indicaſſe diſputant eo verſu.

Ipſe ſuos gemitus folijs inſcribit, & hya
Flos habet inſcriptum, funeſta que litera ducta ē

Vbi hya, non heu legendum eſſe obſtinate contendunt, teſtemq̃ citant Theocritum in epithaphio (opinor) Dionis, cuius etiam carmen ita legiſſe videtur.

Νῦν ὑάκιντε λάλει τὰ σὰ γράμματα καὶ πλέον ὑα
λάμβανε τοῖς πετάλαισι

Ego tamen in emendatis Theocriti codicibus αι α idest heu heu, non ου legi. Quamobrem vtrū ex eo litera hȩc nomen ſortita fuerit, mihi ē omnino incertum. Hæc tam apud Grȩcos, quam latinos ſemper aſpiratur celebris Pythagorȩ autoritate, quam in modum arboris effigiauit (nā truncum habet, & in ſuperiori parte diſecta eſt ramo bicorni) ad cuius rationem humani animi inſtituta egregie quidem & ſapienter retuliſſe videtur. nam prima ȩtas īcerta eſt. ac ſui prope neſcia, quippe quȩ adhuc omnium virtutū ſit expers, nec vllis ſe vitijs implicuit. Biuium autem literæ y à iuuentute incipit: qua ſibi quiſque genus ætatis degendæ conſtituit, & aliquo certo viuendi curſu ſe implicat, Qua in re alius ſiniſtrum, alius dextrum ramum apprehendit,

a' eſt ... 83

Δίκη φωνήντων ad diſquiſitionem literam hanc vocatam à ſigmate ita cõargui fingit, vt quę voces, & literas alias iniuria affecerit, infimis, ſũmiſq; hominibus inſidias pararit, & aliena libenter inuaſerit, digna eſſe videatur, quę in id cõ tolatur ſuplicium, quod ipſius exprimeret figura. Nec illud quidem tacitum reliquam, quod relatu non indignum eſſe videtur hanc literam nec inſulſe, nec perperam appellari tribunitiam: nam populi Romani magiſtratus erant tribuni plebis. ij autem ſubſelijs ante valuas curię poſitis decreta patrum attẽtiſſima cura examinabant, vt ſiqua ex ijs improbaſſent rata eſſe non ſinerent. Itaq; veteribus Senatus Conſultis (vt Valerius max. lib. ſecundo cap. de inſtitutis antiquis autor eſt) T litera ſubſcribi ſolebat, qua quidem nota ſignificabatur ea tribunos quoque cenſuiſſe.

V

V literã valde amauit antiquitas: nam Purrũ, vt in Oratore autor eſt Cicero, ſemper dixit Ennius, nuſquam Pyrrhum, Fruges, non Phryges. Hanc Græci non habent, niſi duabus literis coalitis vtantur ου quę & negationis nota eſt: quam tamen vnicam eſſe literam Auſonius in epiſtola ad Paulinum ijs verſibus profeſſus eſt.

Vna fuit quondam, quare ſpondere Lacones
Litera, & irato regi placuere negantes.

Laudem. 84

bello Gildonico.

Pendula ceu paruis motura bella colonis
Ingenti clangore grues æſtiua relinqunt
Thracia, cum tepido permutāt Strimona Nilo
Ordinibus varijs, pernubila texitur alis
Litera pennarum ꝙ notis inſcribitur aer.

Z

Zeta nouiſſima eſt latinis litera, quam de Græcis ſumpſerunt: ζῆτα eam quoque illi vocāt. Et pro geminato σσ interdū ponunt, vnde fit ἴσσα quæ acclamatio eſt conſueta Græcis in eos, qui Z pronuntiare non poſſent, dicitur & de omnino infelicibus; vel quod in ſortibus planè inauſpicata eſſet, vt Suidas teſtari videtur. ἴσσα. inquit, ἐπίφθεγμα ἐπί τῶν ζ λαχόντων, καὶ ὅλως δυσπραγούντων. ideſt iſta acclamatio eſt de Z ſortientibus, & omninò infeliciter agentibus. Hāc Appius Claudius deteſtari ſolebat: eò quod morientium dentes redderet: nam dum illam proferimus, defunctorum dentes, teſte Martiano, immitamur. Erat etiam num Zeta locus in quo Zetetæ obuerſabantur: porrò Athenis eo nomine magiſtratus quidam fuerunt: ad quos referebanrur, qui reipublicæ aliquid deberent, nec ſoluerent. At verò Pollux ζητητὰς veluti inquiſitores quoſdam facit, qui τὰ λανθάνοντα ἀνεζήτουν ideſt quæ latitarent ſcrutabautur. Hæc habui in preſentia quæ de literis breuiter dicerem.

FINIS.

INDEX RERVM VERBORVM, QVÆ ſcitu, & memoratu digna uiſa fuerunt.

A initium eſt Alphabeti apud oẽs fere nationes. 48
A cur cæteris elementis præponatur 48. 49
A uox maxime naturalis. 50
A litera ſalutaris quare dicatur. 50
A litera Dorienſium peculiaris. 87
A & O uocales ampliſſimi ſonni. 58
A abſolutionis nota erat. 50
Abecedarium quid ſit. 48
Abrahamus caldaicarum literarum inuentor. 10
Abſolutionis, & condemnationis modus. 51
Accipiter ægijptijs quid deſignet. 14
Accipiter auis omnium uelociſſima. 14
Ægyptii literarum repertores. 8
Ægyptiorum literæ in obeliſcis inſculptæ. 11
Ægyptii quamobrem a Platone laudati. 8
Ægyptii res ſuas figuris animantium deſignat. 12
Æneæ ſtatuæ ubi. 58
Ænigma puerorum Carthaginenſium. 52
Æruſcatores qui. 42
Ætas hominis quid ſit. 21
Alpha quid ſignificet 48
Alpha cur appelletur Deus. 48
Alpha, & omega cur deo aſcribatur. 24
Alpha penulatorum. 48
Alpha lingua phœnicum quid ſit. 49
Alciatus qua in re reprahenſus. 38
Alcibiadis bleſitas uenuſta. 78
Alcibiadis labdaciſmus gratus. 78

Alexandri pſeudomantis magica leuitas. 39
Amicitia quam diuturna futura ſit magi diuinant 54.
Ampliationis notæ. 51.
Anguilla ægyptiis quid ſignificet. 15
Anguillæ natura quæ. 15.8
Annus quommodo indicabatur ægyptiis. 16
Antiqui cur ſuperſtitioſi. 40.
Antiquorum excuſatio in ſuperſtitione. 40
Apis apud ægyptios quid ſignificet. 14
Arabes latinis ſapiẽtiores in literarũ ſerie. 54
Armenii plures habẽt literas quá Græci, & Hebrei. 13
Ariſtoteles, & Alcibiades balbi ſuere. 75
Arrius a Catulo riſus. 78
Aſtrologi irridentur. 49
Athenienſes cur a Platone taxati. 23
Athenodorus Auguſti preceptor. 37.
Athenodori dictum, & admonitio. 37
Auaritia quommodo figuratur ægyptiis. 16
Auguſtus á præceptore quid admonitus. 37
Augures damnantur. 41
Augures an probentur Actio poetæ. 42
Auguribus aduerſatur Gælius. 42
Augures ſeipſos ditant. 42
Auguribus nihil credendum. 42

B

B. cur locum occupet in alphabeto ſecundum. 52
Balbi qui dicantur. 75.77
Becus quid ſignificet. 53.

Beta gamma perſequitur. 53
Beliſarius quem expulit. 53
Bleſi, & Balbi quid differant indeq; error Eraſmi. 79
Bleſi uaria ſignificatio 76
Bleſitas, & Bleſi qui. 77.

C

C. idem eſt quod cappa. 54
C. difficile pueris profertur. 54
C. litera condemnationis eſt. 54
C. cur triſtis litera dicatur latinis. 54
C. apud quos ſalutaris. 54
C. cur ſenatorum calceis inſcripta. 55
C centenarii numeri nota. 55
C. cur in calceis Senatores Romani geſtarent. 32
Cadmus literarum inuentor. 9
Cadmus quintus quas literas in Greciam detulit. 10
Caius unde dicatur. 33
C. Cæſaris mos inſcribendo. 18
Calcei lunati cur ita appellati. 55
Cappa, & theta iudiciales literæ apud Græcos 54
Cappa in iudiciis græcorū prolata quid ſignificabat 54
Cappa duplex. 56
Cappa tria peßima. 56
Cappadoces, cretenſes, cilices peſſimi populi. 56
Catalecta an fuerint Verg. 82
Chriſtiani magicæ arti incumbentes nō excuſandi. 40
Cyaneus color qui. 72
Ciconia in ſceptris regum quid ægiptiis ſignificet 1

Cilices non facile uerum dicere. 56
Circi quot fuerunt quidq; in illis factum fuit. 72
Cneus unde dicatur. 34
Claudiüs imperator nouarũ literarum inuentor, 12
Columbus ægiptiis quid ſignificet. 15
Columbi natura quæ. 15
Contumelioſos homineſ quomodo demõſtrabãt Æ-
giptii. 16
Cõtumelioſus homo quo pacto figuretur ægiptiiſ 19
Coppacia quid ſit Ariſtophani. 44
Cornelii treſ notati. 57
Cretenſis cretenſem. 56
Cretiza aduerſus cretenſem. 56
Crucis nomen unde appelletur. 51
Crucem quommodo figurabant Galli. 8
Crocodiluſ ægiptiiſ quid ſignificet, 17
Crux in miſteriiſ ægiptiorum ſacrata. 81
Crux in pectore ſerapidis inſculpta. 82
Crux a multis deteſtata, & qua ratione. 81

D

D. ornatus gratia reperta. 57
D litera numeraria. 33
Dei nnncupatio quot literis claudatur apud omnes na
tiones 24
Dei cognomina plura. 24
Delphinus anc hora innexus ſignificat ægip. 1
Decius quare dictus. 35
Delta regio ubi. 3

Delta ſaxum ubi. 57
Delta inſula ubi, & qua forma. 58
Demoſthenes Balbus. 76
Demoſthenes uitium linguæ calculis domuit. 76
Diana πειθοῦς ubi locorum. 58
Diana antiquis quo modo appellata. 57
Dictum Auguſti. 15
Dictum Ciceronis.
Dictum Scauri in Rutilium. 36
Dictum Athenodori. 37
Dies Dominicos quõdo metiuntur eccleſiaſtici. 25
Dioniſii Siracuſani arguta reſponſio. 98
Diſtichon in Cappadoces. 59 57

E

E magiſtra omnium pene conſonantium. 58
Edictum Iuſtiniani ne leges per ſigna ſcribãtur. 39
Ei diphtongus in propileo templi cur ad ſcripta fuerit. 24
Elementa quæ dicantur. 9
Elementa qua forma ſint figurata. 71
Epicharmus duarum literarum inuentor. 19
Eretrienſium pronunciatio uitioſa. 78
Ezram literarum Hebraicarum inuentor. 42

F

F ex quibus literis compoſita. 5 61
F litera muta eſt. 59

F litera comminatoria. 60
F pro h poſita 59
F tria uexilis Imperatorum inſcripta quid ſignificarent. 60
Fabarum iactus damnatur. 41
Faliſci populi unde dicti. 59
Fame mo i miſerrimum eſt. 60
Fames peſſima res. 60
Febris quomodo appellabatur antiquitus. 59
Formica ala ueſpertiolionis contecta quid ſignificet ægip. 15
Formiæ unde dictæ. 59

G

G uoxſuilla. 61
G uenuſtatis gratia dictionibus admota. 61
Gellii error. 20
Gellius à mendo reſtitutus. 62
Giſericus Bonifatium expulit. 56
Græci literas a Phœnicibus acceperunt. 10
Græci, & Hebrei ſapiētius latinis literas ordinarūt 54
γεύσεω quid ſit. 61. 66

H

H non eſt litera. 12
Han ſit litera. 61
H antiqui niſi in uocalibus utebantur. 63
H apex literarum. 6

H. forma, & robur uocum. 79
H. quot nominibus appelletur, 63
Hebræi pſalmos, & ſua miſteria p literas diuiſerũt 25
Herba lactaria quæ. 19
Heſiodi utile documentnm, 49
Hieroglificæ literæ quæ. 13
Hieremias Hieroſolimæ ciuitatis excidia quadrupli-ci alphabeto deſcripſit. 25
Hierogrammates qui. 13
Hieronimus lamentationes hieremiæ uerſibus reddi-dit. 25
Hippopotami natura quæ. 15
Hippopotamus in ſceprtris eg ægip. quid ſignificet. 5
Hippopotami ungulæ quid ægiptiis denotent. 15
Homerus poetarum prunceps. 37
Homeri rhapſodiæ quomodo diſtinctæ: 57
Homo trium literarum, 56
Horam quomodo figurabant ægiptii. 16

I

I, litera longa a quibuſdam uocata. 64
Igni ferroq; minari quid ſit. 60
Indi literis no utuntur. 23
Inuidia quomodo figuretur ægiptiis. 15
Incantatores damnantur. 43
Impius quomodo deſignatur ægip: 15
Io triumphe quid ſit. 73
Iſſa quid ſit. 87
Iudæi uſum literarum primi docuerunt. 9

Iudæus Hilarium decepit. 74
Iudices quibus ex ordinibus deligerentur. 52
Iuſtitia quomodo fingitur. 14
Iuſtititia a Platone quommodo appellata. 14
Iuſtitia oculata. 14
Iuſtitiæ occulus à quibusdam teſtatus. 14

L

L, litera longa. 69
L nota eſt numeri quinquagenarii. 66
L. pro .m. græci uſurpant. 66.
L. in clypeis cur geſtarent lacedomonii: 66
λάβδα λεσβίαν. 64
Laſtuca caprina 19.
Lambda mulier quæ fuerit 77
Lambdaciſmus Alcibiadis gratus. 78
Lamiæ quæ. 42
Lamiarum deſcriptio. 43.
Liberalitatem quomodo deſignabant ægyptii. 16
Leſbii quo uitio laborarint. 64
Lingua hebræa cæteris linguis uetuſtior. 10
Leges quòmodo ſcribendæ edicto iuſtiniani. 36
Linguarum uària genera. 46.
Lingua ſiria, & chaldea hebrææ finitima. 11
Linguæ uitium in oratoribus turpe. 76
Linguæ uitia tria. 76
Linguæ uitia emendanda. 89
Litera longa quæ omnino ſit. 82
Litera longa. 30

Litera longa aqud Platonem quæ. 50
Litera ſalutaris et triſtis. 51
Litera comminatoria quæ ſit. 99
Litera obſcœna cur dicta. 64
Litera tribunitia quæ dicatur. 83
Litea Laconum ad Philippum regem, 84
Literæ quibus nominibus appellentur. 9
Literas quis prim. inuenerit, aut hominib. dederit. 9
Literarum uariæ opiniones. 6
Literarum uſus ante diluuium, 9
Literarum origo deleta. 9
Literas Moſes reſtituit. 9
Literæ Iudeis traditæ. 9
Literarum uſum qui primo edocuerunt. 9
Litere Iudeorum duæ & uiginti fuerunt. 10
Literæ Caldeorum duæ & uiginti. 10
Literæ Græcorum initio ſexdecim. 10
Literæ Græcorum decem & octo. 10
Literarum uſus in italia receptus, 11
Literæ latine ſexdecim. 11
Literæ latinæ, quatuor & uiginti. 12
Litere latinæ ſexdecim quæ fuerunt. 12
Litere latinæ a grecis ſumptæ. 1246
Literæ latinæ cæteris preſtantiores. 46
Literæ græcæ ex hebraicis deſumptæ 10
Literæ numerariæ apud hræcos quæ. 17
Literæ numerariæ apud latinos quæ, 28
Literas in italia quis primus docuerit. 12
Literæ Phænicеæ. 10.

Literæ ter

Literæ Tartar. *Perſar*, Pœnorum *et Arabum plures latinis.* 12
Literæ ſacro ſanctæ quæ. 13
Literæ Hieroglyphicæ *quæ.* 13
Literæ ignorabiles 13
Literarum duplex genus ægyp. 16
Literæ ſacræ nō oibus notæ apud ægyptios 19
Literæ furtiuæ quæ dicātur & quòmodo fiant. 18.
Literæ adulterinæ. 18
Literæ per notas ſcriptæ. 18
Literæ furtiuæ quo tempore inuentæ. 18
Literarum diuerſa ratio: 18
Literarum occulta ratio. 18
Literarum utilitas 22.
Literarum laus, & utilitas. 26.
Literæ a quo inuentæ ex ſententia Platonis. 26
Literæ inuiſibiles ex quā materiā. 29.
Literæ nouæ à Mæcenate inuentæ. 39
Literæ à Syracuſanis ſorte ductæ. 36
Literæ iram compeſcunt. 38
Literæ Epheſiæ 38
Literarum Epheſiarum *poteſtas.* 38
Literis Epheſiis *quis uſus fuerit.* 39
Literæ in ſeruis, & in equis inuſtæ 44
Literæ in equis inuſtæ: 80
Literarum uarium genus. 46
Literæ naturales quæ. 25
Literæ iuditiales & tabellariæ apud græcos quot 54
Literæ tabellis iudiciarijs inſculptæ. 51
Literæ Hebræorum & ſamaritanorum eædm 47

Literarum Hebraicarum alia inuentio. 47
Literæ hebrææ eædem ſemper fuerint. 47
Literæ Hebrææ Barbaræ ac feræ. 47
Literæ Hebrææ ſanctæ 46
Literæ græcæ latinarum ſeminarium. 46
Lucius unde dicatur 34
Lucius cur dictus. 65

M

M. litera muta. 67
M Meſceniorum litera. 67
M. litera flentibus apta. 69
M. litera conuitio apta. 68
M. ſorte obtingere quid ſit. 68
Magica ars irridenda. 39
Magica ars à Romanis ſpreta. 39
Magica ars in Christiano damnatur. 39
Manliis prohibita M. litera cur fuerit. 70
Manlii cur prohibiti nomen ſuũ M. litera ſignare 70
Manlio mortuo notæ duæ datæ. 70
Malum quibus rebus ſignificatur apud Ægyp. 15
Manus dextra, & ſiniſtra quid ſignificet ægyp. 16
Martianus Capella an ſit latinus. 38
Memnon literarum inuentor. 16
Mecœnas quarumdam literarum inuentor. 36
Mercurius quintus literarum inuentor. 9
Meſcenii qua litera militiæ cognoſcerentur. 67
Meſcenii quam literam in clypeis geſtarent. 70
Mormolyciæ quæ. 43

Moſes literarum reſtitutor. 9

Moſes literas Iudeis tradidit. 9

Moſes Hebraicas literas inuenit. 10

Mos nouarum nuptarum cum domum coniugis primum ingrederentur. 34

Mos commigrantium deferre ſecum portiunculam terræ. 71

Mos ſyracuſanorum. 68

Millenarius numerus qua litera ſignabatur Romanis. 70

Moſis pentateuchus antiquiſſimus ubi. 47

Mundus qua forma effigiatus. 72

Mundi pulchritudo quibus ex rebus. 72

Mundus Romæ quid fuerit, & quale. 72

Muſare uerbum unde dictum. 67

Muſicæ elementa quæ ſint. 26

Muſica ſuauior a latinis quã a græcis excogitata 26

My quæ uox ſit. 68

N

N. ante gamma non ponitur apud græcos, 71

N. cum L cognatio apud græcos. 29

Natura rerum Aegyptijs quomodo pingebatur. 14

Negotiũ cito factũ quomodo ſignificatur Aegyp. 14

Neptunus in clypeis Troianorum 67

Næuius quare dicatur. 3

Nicoſtrata literas Italis dedit. 12

Nomen Dei non polluendum 43

Nomina Dei plura, & diuerſis nationib. diuerſa. 24

Nomen, cognomen, & agnomen Romanorum quot

literis ſignaretur. 3
Notæ peculiares in legibus apud antiquos. 30
Numeri literarum notulis metiti. 27
Numerorum ratio, apud grecos. 27
Numeri apud latinos tredecim figuris notabãtur. 27
Numeri apđ latinos literis abecedariis ſignabatur. 28
Numeri principales & medii quot fuerint latinis. 28
Numerus quinarius quare per u deſignabatur. 25
Numerus denarius quare per x 29
Numerus quinquagenarius quare per l deſcribebatur latinis. 29
Numerus centenarius quare per C item aliorum numerum ratio. 29

O

O litera unde nomen ſortita. 71
O litera cæteris perfectior. 71
O litera formæ mundi, & ſiderum. 72
O Vox, & ſignum letitiæ. 73
O in ouationibus. 73
O in Triumphis aliis q; letitiis utebantur multæ nationes. 73
Obeliſci unde Romam tranſuecti. 13
Oculus ægiptiis quid ſignificet.
Orbis quomodo ſiguetur ægip.
Oſanna quid ſignificet, 74
Oſanna Vox iudeorum peculiaris. 73
Oſanna quid ſignificet ingnorauit D.Hilarius 73.

P

Pallas in ſcutis græcorum quare 67
Palamedes trium literarum inuentor. 114
Pantheon templum qua forma factum
Pantheon quis condidit. 78
Pantheon quibus dijs dicatum. 72
Pantheon quomodo hodie uocatur. 72
Paupertas quomodo fugienda. 49
Pelaſgi uſum literarum in Italia primi docuerunt. 12
Perdices quid ſignificent Ægyp. 16
Perſarum nomina.ſ.litera clauduntur 80
Phœnices literas à iudeis acceperuut. 10
Phœnices á muſis literas ſumpſerunt. 10
Phœnicæ literæ quæ. 10
Piſcis ſacer. 62
Plebiſcita,& Senatus conſulta notis ſcribebantur à Romanis. 35
Prænomen græci non habent. 5
Preteritorũ gẽminationes per e potius quàm per i. 58
Prætor quot nominibus appelletur 59
Prætoris officium. 51
Prætor ternas tabellas iudicibus dabat. 51
Prætor ubi ſederet reorum audiens cauſas. 51
Prænomina Romanorum unde fluxerint. 14
Pronuntiandi Romanis tria genera. 65
Prognoſtica aſtrologorum irridentur. 41
Pſametbici Regis factum. 51
Pſelli qui. 77
Publius unde dicatur. 14

Publius quid ſit, & quomodo ſcriberetur. 74
Publicola unde dictus, & qui primus hoc nomen ſibi comparauit. 74
Pueri barbari facinus ridiculum. 44
Pugnaturi an futuri eſſent uictores literis cognoſcuntur. 37
Pythagoras artis magicæ aſſertor. 37
Pythagoras primus in noſtro orbe magicam exercuit. 37
Pythagoras claudidates & oculorum orbitatem & alia literis uocalibus præſagiebat. 37

Q

Q carent græci. 12
Q unde ſumpta. 75
Q non eſt eadem, quæ C. 75
Q nunquam ſine u ſcribitur. 75
Q quare caudam habeat. 75
Q malè pronuntiant Galli, & aliæ nationes multæ 75
Quintus quare dicatur. 34
Quinquagenarius numerus qua litera ſignaretur Romanis. 66

R

R unde dicta. 79
R litera generoſa. 78
R literæ aſperitas. 75
R litera canina eſt. 75

R litera Eretrienſium peculiaris. 78
R Demoſthenes proferre non poterat. 76
Regem quid deceat. 14
Rei quomodo abſoluti uel condemnati apud Romanos. 71
Rex Ægyptiis quomodo pingebatur. 14
Rhebus quid ſignificet. 77
Ringere quid ſit. 75
Rotunda omnia perfecta. 71

S

S litera uitio notata. 78
S litera ſerpentina. 78
S ſilentii nota. 79
S quare græce ſigma appellatur, & unde dicatur. 80
S, & t ſine uocali ſyllabam conficiunt. 80
Samphoræ quæ ſint apud Ariſtophanem. 44
Sceptra regum quibus rebus exornarentur Ægyptiis. 15
Senatores quot à Romulo delecti. 15
Senenſium repetitio uitioſa. 78
Sententiæ tabellariæ, & uocales. 51
Sepulchrum C. Ceſtii quibus literis inſcriptum 31
Serpentis effigies cum capite accipitris quid ſignificet Ægyptiis. 15

Serui literati qui. 44
Seruilij Nouiani *leuitas in metu lippitudinis.* 36
Seſtertius uel ſeſtertium quid, & unde. 66
Scomma Lucij *Craſſi in Memmium.* 60
Sigma quid ſignificet. 89.99
Sigma litera apud perſas magnificentiæ nominater minantur. 89
Sigma a Dorienſibus *quomodo uocatur.* 80
σκοτάλη quid ſit. 30
Silentium quomodo notabant Ægyptij. 17
Silentium impetrantes quid agant 79
Silentium homini aptum. 51
Simonides quinque græcarum literarum inuentor. 11
Somniorum interpretes damnantur. 41
Sortilegæ mulieres damnantur. 41
Spurius quare dicatur 54
Stellæ an dominentur mortalibus. 41
Striges quæ. 43
Strigarum fabula ridicula. 43
Strigarum opinio unde fluxit. 43
Strigarum deſcriptio. 43
Supplicia tria peßima quæ ſint. 60
Syracuſanorum mos. 36
Syracuſani prodituros in concionem literis deſignabant. 36
Syrij fuerunt iudæi. 10
Syrij literarum inuentores. 10

T

T *litera ſalutaris eſt, & qua ratione.* 79
T *litera tribunitia appellatur.* 83

T litera ſenatus conſulta ſubſcribebãtur. 85
T ſuſpenſi hominis effigiem præſtat. 83
T nota abſolutionis. 80
T & θ cæſi, & ſalui milites ſignabantur. 80
Tabella ampliationis. 51
Tabellæ in ciſtam coniiciebantur. 51
Tabellæ iudiciariæ quot 51
Tarditatẽ hominis quo modo figurabãt Ægyptii. 15
Tau ſignum quantam uim habeat. 81
Tau ſignum quid ſignificet in ſcripturis ſanctis. 81
Tau crucem ſignificat. 82
Tardus homo quomodo figuretur Ægyptiis. 15
Theta quid ſignificet Ægyp. 16
Theta in iudiciis græcorum quid ſignificet. 55
Theta ſignum mortis. 55
Theta nota damnationis. 80
Theta præfigere quid ſit. 80
Theocriti locus. 75
Teutẽ quis fuerit & quid inuenerit 17
Titus qui, & unde dicatur. 34
Trium literarum homo. 56
Tria cappa peßima. 56

V

V uocalis eſt obſcurißimi ſoni. 58
V græci non habeat. 83
V litera apud antiquos uſitatiſſima. 83
V quinarii numeri nota 8
V negationis nota eſt multaque de illa memorat u di-

gna: 84
Va uox infantium. 50
Valeri probi liber de ſignificattione literarum. 36
Vaticanus deus qui. 50
Verba comminatoria duo tantum. 60
Verba uxoris nouæ ad coniugem cum primum illius domum ingrederetur. 34
Vergilii locus. 29
Vergilius maior Homero. 37
Vocales inter literas eminent. 49
Vocales ancipites aliis uocalibus præualent, 49
Vox naturalis prima per quam literam reddatnr. 50
Vultur Ægyptiis quid ſignificet. 14

X

X nota erat talenti. 84
X numeri ſexagenarii nota. 84

Y

Y à Palamede inuenta. 86
Y unde fiat. 85
Y litera Pythagoræ dicta. 85
Y à Pythagora quomodo formata. 85
Y litera non utuntur latini niſi in dictionibus græcis. 58
Y ueteres non utebantur. 85
Y dictionibus græcis tantum adhibetur. 85
Y humanæ uitæ exemplum. 85

Y grues inter uolandum delineant. 86

Z

Z litera inauſpicata, 87
Z pro duplici S ponitur. 87
Z ab Appio Claudio cur deteſtata. 87
Z morientium dentes reffert. 87
Z qui locus Athenis. 87
Zetetæ qui fuerint. 87
Zophyrus phiſiognomon. 40

PROVERBIA

Cappa duplex. 56
Cappa tria peſſima. 56
Cilices non facile uerum dicere. 56
Cretenſis Cretenſem. 56
Cretiza aduerſus Cretenſem 56
Eretrienſium Rho. 77
Ἑλκύειν τὸ Μ. 68
Gamma Betam perſequitur. 53
Homo trium literarum. 33.56
Igni ferro que minari. 60
λαβδα λειβίων. 64
Ne gry quidem 61
Ne my quidem 67
Theta præfigere. 80

FINIS.

A01 1466770